4/26

RATIONES

COLLECTORUM PONTIFICIORUM

IN HUNGARIA.

*

PÁPAI TIZED-SZEDŐK SZÁMADÁSAI.

1281—1375.



BUDAPEST

1887.

FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.



Sanctissimus Dominus Noster *Leo XIII.* Pontifex Maximus, in audientia 25. Maji anno 1884. duo volumina huius operis, Eidem devotissime oblata, acceptando, offerentes hoc sermone affatus est:

Dilecti Filii.

Tabularium Vaticanum sponte et libenter eruditorum virorum industriæ patere iussimus, ut veterum pervestigatio monumentorum disciplinis historicis maius lumen afferret. Volumus enim et debemus quantum possumus (quæ est Apostolicæ Sedis hæreditaria laus) bene mereri de studiis optimis, et artes omnes, quæ ad incrementa humanitatis pertinent, singulari cura patrocinioque tueri. Præterea nihil est, quod Ecclesiæ aut Pontificibus Maximis ab inquisitione veri metuamus; quin immo non exiguam utilitatis spem in ea ipsa inquisitione positam certo scimus. Etenim monumenta rerum gestarum explorate cognita multum valere possunt ad illustranda Ecclesiæ Romanique Pontificatus benefacta, emendatis confutatisque pluribus, quas hominum aut incuria fudit aut invidia peperit, opinionibus.

Quod idem confirmatum videmus, dilecti filii, testimonio vestro: qui cum monumenta Tabularii Vaticani Hungarica, a sæculo XIV. ineunte, sedulo indaganda eademque publicanda curaveritis, æqualibus posterisque prodidistis, quot et quanta fuerint illo ipso tempore Decessorum Nostrorum in Hungarorum genus merita. Nondum depulsis ævi, quod medium appellant, tenebris, inflammatisque ad perniciosa dissidia animis, maiores vestri præclara illa munera, quæ a vobis commemorantur, ab hac Sede Apostolica adepti sunt: «*humanitatem et pacem, civilem et sacram disciplinam, mores, doctrinam, leges, constantiam in adversis, gloriam in prosperis*».

Jamvero, pro locorum temporumque varietate, similia extiterunt Romani Pontificatus in ceteras gentes beneficia; eaque, ut confidimus, meliore in luce collocabuntur accurata rerum historicarum pertractatione, cui auctoritate auspiciisque Nostris diligens iam datur opera.

Ad vos quod attinet, geminis voluminibus acceptis, lætamur his primitiis et quasi libamentis laborum vestrorum; simulque Episcopis, Capitulis et ceteris ex Hungaria viris dignitate conspicuis, qui industriam vestram liberalitate sua complectunctur, gratulamur hos munificientiæ suæ fructus; atque operis utilitate perspecta, utrosque hortamur, ut retineatis, alteri in doctis laboribus, alteri in liberalitate constantiam. Vobis interim illisque universis, cœlestium munerum auspicem et paternæ benevolentiæ Nostræ testem Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

A M. KIR. ORSZ. LEVÉLTÁR
KÖNYVTÁRA

MONUMENTA VATICANA HUNGARIÆ.

*

MAGYARORSZÁGI VATIKÁNI OKIRATTÁR.

MONUMENTA VATICANA


HISTORIAM REGNI HUNGARIÆ ILLUSTRANTIA.

SERIES PRIMA. TOMUS PRIMUS.

*

VATIKÁNI MAGYAR OKIRATTÁR.

ELSŐ SOROZAT. ELSŐ KÖTET.



BUDAPESTINI

1887.

ARNOLDI IPOLYI

EPISCOPI NEOSOLIENSIS

PRÆFATIO DE RATIONE OPERIS.

Arctum illud quod Regno Hungariæ cum S. Sede Romana diuturne intercessit vinculum millenæ loquuntur tabulæ, inde fere ab anno æræ nostræ millesimo, gente nempe Hungara tunc sacra baptismatis unda lota regenerata, regeque Roma lata cruce apostolica et corona sacra ornato et redimito.

Nec in his tabulis sive eruendis et colligendis, sive vulgandis et publici iuris faciundis anteacta et recens defuit ætas.

Si quos, antistites imprimis patriæ nostræ condecet honos, quod in hoc quoque opere publicæ utilitatis, sive iuris sive historiæ sacræ ac civilis, collectis tabulis statuendæ, principem sibi vindicaverant locum. Ut enim summam in statuendo et moderando regno habuerunt partem, primaque literarum iecerunt semina; ita ecclesiæ quam maxime cathedrales et monasteria unica fere toto medio ævo fuere et apud nos tabularia et scholæ, in quibus, nobis sic dictis decretalibus locis authenticis, et publici actus exarati et solemnes conservatæ chartæ, continuis una regestis illatæ fuere.

Inde vero a sæculo XV., renascente iam et studio fontium historiæ, subseque vero per celeberrimos socios de his optime meritæ congregationis Maurinæ O. S. B. magis excitato, iterum antistites nostri apud nos huic rei plurimum opitulati sunt. Præeuntibus præsertim magnæ memoriæ summis viris ecclesiæ nostræ S. R. E. Cardinalibus et subseque Archiepiscopis Strigoniensis metropolitanæ sedis, Primatibusque Regni Hungariæ: Comite Francisco a Forgách, Petro Pázmány et Leopoldo Comite a Kolonich in acceptis referimus collectiones tabularum, quibus optime meriti præsules, de iuribus et historia ecclesiæ solliciti, prout in rebus gerendis summas habuere partes, strenueque ob priscam, et apud nos temporibus illis nutantem ecclesiæ decertarunt fidem, ita et illius iura his monimentis quoque tabularum firma et sarta statuere pergebant: colligendo, scrutando tabulas et chartas, et ut historiam ecclesiæ et patriæ in aprico ponerent, magnos illarum thesauros in publicum usum congesserunt. Ita enim recte

de re sentiebant: religionem literarum et historiæ studio penitus iunctam, magis firmam meliusque conservatum et restauratum iri. Conatus paulo in utramque partem lætos sane tulit fructus; et ecclesia et historia firmius e lucta diuturna egressa superavit impetum.[1]

Vastissimæ hinc enatæ sunt illæ codicum ex tabulariis haustorum collectiones, quæ agmen ducente dein GABRIELE HEVENESSY et STEPHANO KAPRINAY, ambo S. J., in CCXLVII. universim tomos relatæ sunt.[2] Hæc dein et augendo et typis vulgando desudarunt GEORGIUS PRAY can. cap. cathedr. Magnovaradiensis[3] et STEPHANUS KATONA can. cap. metr. Colocensis.[4] Demum vero omnia, quæ tunc haberi poterant, in unum colligendo diplomatarii corpus GEORGIUS FEJÉR bibliothecarius universitatis scientiarum Hungariæ Budapestanæ et can. capit. cathedr. Magnovaradiensis, thesaurumque hunc e publicis et privatis tabulariis multipliciter auctum voluminibus XLII. absolutum vulgavit.[5]

Conatus hos recentius Academia scientiarum Hungarica Budapestini novis prosequitur curis, continua serie aucta et emendata vulgando diplomata, primum quidem illa stirpis regum domus Arpadianæ, dein et Andegavensis, tandem et periodi apud nos quæ dicitur mixta. Horum quoque diplomatum editiones iam tomos XXVI. excedunt, pluresque qui iam sub incude sunt, sequentur.[6]

Quibus nuper accesserunt Momumenta ecclesiæ Strigoniensis, iussu Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Archiepiscopi Strigoniensis, Primatis Hungariæ JOANNIS SIMOR, opera F. KNAUZ Canonici eiusdem metrop.

---

[1] Tribus his summis viris debemus in acceptis prima collectanea et codices manuscriptos diplomaticos, qui illorum opera coaluerunt. E quibus Cardinalis Archieppus Forgách redigendum curavit: «Inventarium literarum et literalium instrumentorum bona, privilegia et iura Archiepiscopatus Strigoniensis concernentium»; alias Liber qui dicitur S. Adalberti. — Petrus Pázmány vero successor eius, quanta solertia collegerit tabulas, et scrutatus sit chartas, docent illius indices parochiarum et monasteriorum, quos ut scribit «diu multumque operam ponendo e monumentis litterarum, e quibus ecclesiastici ordinis in Ungaria plena et exacta notitia hauriri poterat», desumsit. Demum L. Comes Kolonich ex archivis regni et libris qui nobis dicuntur «regii» item «locorum sacrorum, ordinum, familiarum et clerum Hungariæ quoquomodo adtingentia instrumenta literaria» colligenda et describenda curavit. Thesaurum hunc Comes a Batthyany Cardinalis æque Archiepiscopus Strigon. maiorem in modum auxit. Vide ultro citatæ collectionis Gabr. Hevenessy tomum II. et Codicem Diplomat. Georgii Fejér vol. I. pag. XIV. qui collectiones has describunt.

[2] Collect. Gabr. Hevenessy XCI. volumina in folio, collect. autem Stephani Kaprinay CLV. in folio et quarto magna ex parte diplomatibus referta numerat.

[3] Pray G. in Annalibus Reg. Hungariæ 1763. V. tomis editis.

[4] Katona Steph. Historia critica Regum Hung. in XLII. tomis Pestini 1779.

[5] Codex Diplomaticus Hungariæ ecclesiasticus et civilis Budæ 1829.

[6] Monumenta Hungariæ Historica. Magyar történeti emlékek. Codex Diplomat. Arpadianus Pest 1861. XII. tomi. Item: Codex Diplomat. Andegavensis III. Tomi. Codex Diplomat. Regis Mathiæ I. IV. tomi. Demum Codex Diplomat. Patrius Hung. Hazai okmánytár edit. Emericus Nagy, Carolus Ráth, Arnoldus Ipolyi &c. VII. tomi.

ecclesiæ magna cura et impensis duobus in tomis vulgata,[1] mox quoque continuanda.

Hæc facies collectionum et editionum nostrarum diplomaticarum, rem sacram et una civilem regni Hungariæ agentium erat, quum nos novo huic labori accingimus.

Nec enim nobis in proposito est rationem horum studiorum agendo, omnia enumerare opera, quæ tabulas et chartas nostras sparsim quoquomodo publicatas in sexcentis iam loquuntur editionibus. Vasti saltem thesauri collectionum nostrarum erat in animo mentionem facere. Quibus iam, ut reapse intelligi potest, centena alia separatim vulgata accedunt in monographiis et historiis provinciarum et comitatuum regni, urbium item locorum, præsertim vero in topographiis et historiis singularum diœcesium, episcopatuum, monasteriorum, parœciarum item et scholarum, quarum priorum fere iam singulæ, ulteriorum vero plurimæ his gaudent editionibus, magnumque comprehendunt numerum diplomatum, quæ domi item ac foris excerpta sunt e tabulariis.

Palmare adtamen nobis opus inter conatus hos, quum monimenta tabularii Vaticani Hungarica ultro vulgare molimur, illud AUGUSTINI THEINERI tabulariorum Vaticani præfecti occurrit, quod cura et impensis præsulum Hungariæ voto præsertim AUGUSTINI ROSKOVÁNYI, dignissimi tunc Vaciensis nunc autem Nitriensis apud nos episcopi, de theologicis studiis et monimentis ecclesiasticis vulgatis meritissimi, comparuit sub titulo «Vetera Monomenta historica Hungariam sacram illustrantia, maximam partem nondum edita ex tabulariis Vaticanis deprompta», in duobus tomis edidit Romæ typis Vaticanis MDCCCLIX.

Nec tamen vel hoc opere sæculares labores finem nacti sunt. Etsi enim opus THEINERI partem chartarum medii ævi tabularii Vaticani Hungariam concernentium exhausisse videatur, nihilominus et innumeris scatet mendis, et multis hiat lacunis explendis; alia per exerpta solum vulgando, alia penitus neglecta, inedita omisit; a sæculo vero XVI. ineunte demum et omnia in medio reliquit.

Hinc nobis iam olim in proposito erat et monumenta hæc historiæ nostræ Vaticana in parte mendosa novis curis emendare, et lacunas eorum explere, ac nova serie abinde, ubi editio iam omnia in medio reliquerat, operique finem fecerat, continuare.

Haud fuerit hic sive abs re, sive longum initia et molimina operis nostri enarrare. Dum hæc nimirum mente agitamus, unus nostrum GUIL-

[1] Strigonii 1882.

LELMUS FRAKNÓI Canonicus ecclesiæ cathedr. Magnovaradini, historiæ sacræ et civilis Hungariæ scriptor tam studiosus, quam dissertus, Romæ operam navando fontibus uberioribus aperiendi opus molitur, votum una ac propositum nostrum Eminentissimo S. R. E. Cardinali et Status Cancellario LUDOVICO JACOBINI occasionem nactus est adaperiundi. Qui pro eo quo in ecclesiam et literas fertur studio, gentemque nostram, apud quam summum sui reliquerat desiderium, quum ad aulam nostram munus Nuncii Apostolici gessit, singulari complectitur favore, pronus rem excepit, unaque commendatione sua auctor fuit, ut votum hoc Sanctissimo Domino Nostro nunc feliciter regnanti Summo Pontifici LEONI XIII. prælaudatus vir noster devote ovans proferre potuerit. Re a Sua Sanctitate benigne et clementer accepta, ut nobis hæc quamvis magna, non tamen insueta singularis favoris et liberalitatis signa nunciata fuere, qualis spes ad perscrutanda tabularii Vaticani hunc in finem scrinia affulgeat, antistites, capitula et prælati Hungariæ certiores redditi, maiorem in modum favore hoc et spe erecti, pro eo quo laborant zelo in hæc studia ecclesiastica et literaria, item una et desiderio, quo salubrem curam et providentiam ecclesiæ et Sacræ Sedis in vitam et historiam regni populique nostri celebrare optant, ad editionem talem chartarum Hungariam attinentium tabularii Vaticani in unum coaluerunt plurimi, maioris statim primo ictu ponderis æs conflando in hunc scopum, quod iam bis centena libellarum millia exsuperat, plurimisque adhuc in dies augetur accessionibus.

Novus hoc facto Romam ad Sedem hanc, fontem omnis fidei, doctrinæ et gratiarum, fit accessus, delegatis iam duumviris J. A. TÁRKÁNYI canonico eccl. metrop. Agriensis et præfecto Societatis ecclesiastico-literariæ S. Stephani protoregis Hungariæ, prælaudato item G. FRAKNÓI canonico cap. eccl. Magnovaradini, una supremo Academiæ Scientiarum Hungaricæ a Secretis, ut ibidem grates et preces nostras pro aditu tabularii Vaticani nobis adaperti, deligendisque ex eodem documentis patriis, depromant; iussaque expetant, quibus studia hæc cum meritissimis tabularii præfectis et directoribus ordinanda et componenda veniant.

Sanctissimus Dominus noster benignas et his votis et precibus præbens aures, ultro annuit, securosque reddidit de sincero suo, labores ecclesiasticam nostram historiam illustrantes, promovendi desiderio. Quod dein et datis eodem ut enarravimus modo verbis et sensu comprehensis literis per Eminentissimum S. R. E. Cardinalem LUDOVICUM HAYNALD Archiepiscopum apud nos Colocensium, qui talia magni momenti ecclesiæ, patriæ et literarum negotia, pro summa sui favoris et ingenii indole et

liberalitate succurrendo et promovendo agere suevit, et nunc sustinere paratus erat, — acceptisque ad hæc demum responsis prælaudati Cardinalis Status Secretarii, negotium his iam absolutum et firmatum est.[1]

His initiis factum est, ut Præsules et Prælati nostri in opus hoc edendum convenerint sub præsidio laudati Cardinalis Archiepiscopi Colocensis L. HAYNALD, partim dignissimis in personis suis, partim per deputatos, arctioremque ad exequendum laborem instituerint senatum, cuius præsidem habere voluerunt ARNOLDUM IPOLYI episcopum Neosoliensium eique plures nominando socios addiderint: J. DANKÓ prælatum pontificium et F. KNAUZ ambos capituli metr. Strigoniensis, A. I. TÁRKÁNYI Agriensis, F. RÓMER et G. FRAKNÓI cap. Magnovaradini Canonicos, quorum posterior curam et meritum redigendi operis haberet, cum omnium horum maximum meritum imprimis proprio suo iure sibi vindicare possit.

Collatis iam iterato consiliis, de hoc opere statuere visum est, ut illud duas distinctas complecteretur series. Harum prima antiquiora illa documenta tabularii Vaticani per A. THEINER omissa vel detruncata mendosaque suppleret. Series altera illa continuat documenta recentioris ævi, inde præsertim ab ineunte sæculo XVI. literas diplomaticas, instructiones datas, informationes, relationesque acceptas, responsa item (quæ dicuntur dispacci) legatorum, nuntiorum et oratorum S. Sedis, qui apud Hungariæ Reges, serius et Germaniæ Imperatores, cum negotiis S. Sedis et nostra negotia gerebant. Maximam sane et optatam, imo et novam documenta hæc necdum visa vel nota et ecclesiæ et nostris, imo plane et universi orbis gestis affundent lucem. His una de studiis historiæ nos optime mereri non parum nobis et gratulamur et confidimus.[2]

Dum vero hæc adparamus, et maiorem ad hoc animum addit, et mirum lætumque novum accedit auxilium illud literarum apostolicarum Sanctissimi Domini Nostri Summi Pontificis LEONIS XIII. apud S. Petrum die XIII. Augusti anno proxime elapso datarum, S. R. E. Cardinalibus ANTONIO DE LUCA S. R. E. Vicecancellario, JOANNI BAPTISTÆ PITRA Bibliothecæ et JOSEPHO HERGENROETHER Tabulariis Vaticani præfectis, quibus Summus Pontifex studium historiæ sacræ ultro excitare et fovere pergit; lætioremque his disciplinis faciem addit, quum facunde de studiis historicis,

[1] Romæ 1. Maji 1882. datis, quibus edocemur, vota et preces nostras Sanctissimo Domino propositas ab Eodem et laudatas et firmatas, ordinesque eatenus editos esse, ut propositum, quod tam ecclesiæ quam Hungariæ laudi et gloriæ cederet effectui manciparetur.

[2] Vide omnia hæc acta commissionis nostræ publicata in periodico scripto ecclesiastico hungarico Magyar Sion a J. Zádory edita 1882. VII. et VIII. fasciculo separatim item sub titulo «A vatikáni magyarországi okirattár». Fraknói Vilmos jelentése, Esztergom 1882. publicato.

ut columnis veritatis et fidei disserit, liberaliter tabularium Vaticanum patefaciendo, novum eisdem fontem aperit decernendo: «ut adornandis operibus historicis opportuna ex bibliotheca Vaticana pateat supellex».

Apposite his una scopus et finis harum scrutationum et elucubrationum ob oculos ponitur: quam permagni referat publicæ utilitati et firmæ veritati occurrere arte hac historica, quæ tantum habeat nobilitatis in tuenda veritate, si falsæ vel ieiunæ et iniuriosæ narrationi opponantur assiduo et inprobo labore erutæ tabulæ et diplomata, chartæ et regesta, quæ in sacris et penitioribus asservantur Sanctæ Sedis tabulariis. Et prout palæstram hanc, summorum virorum vestigiis pressam, ecclesia vel ab initio coluit, tam sacram quam profanam pari passu tradendo historiam, quum in nascente iam ecclesia florere hæc studia cœpere, oriensque et occidens eruditos in hoc genere vidit labores. Nec absque his rerum vel civicarum longo temporis intervallo notitiam congruam haberemus. Novo igitur hoc iam patefacto fonte studii historiæ merito in musæis tabularii Vaticani iconi Summi Pontificis epigraphe in perpetuam rei memoriam affixum est:

LEO XIII. PONT. MAX. HISTORIAE STUDIIS CONSULENS
TABULARII ARCANA RECLUSIT ANNO MDCCCLXXX.

* * *

His Sanctæ Sedis effatis et exemplo validius iam excitati, dum conaminibus illius insistimus, nil nobis sive antiquius, sive magis faustum evenire potuit, quam his Sancti Patris votis parte quoque ex nostra, pro modulo virium, quas exiguas et tenues quidem esse sentimus, obsecundare; et istis studiis nostris nil aliud intendimus, quam testimonium depromere, etsi per commenta vulgi fœdatæ, inconcussæ tamen veritati.

Opere vero hoc cum obsequio et cultu S. Sedis caritatem quoque dulcis iungendo patriæ, ultro studia hæc historiæ fovere intenti, uno facto et icto taliter fœdere quasi sanctissimo, gratitudinem filialem testari posse ut in votis erat, gratulamur.

Siquid enim maxime hæ tabulæ et literæ perspicue et sollicitudinem S. Sedis et nostram in illam fidem loquuntur. Monstrant una, quomodo consociatæ regnum nostrum excitarint et statuerint, firmarint et evexerint, inde ab eius ortu et primis monarchiæ nostræ temporibus, inter spissas sæculorum medii ævi tenebras, barbariemque et dissidia atque contentiones populorum, nobis fidem ac lucem, humanitatem et pacem præbendo. Ut enim aliæ nationes, ita et gens nostra fidem et mores doctrinam et leges, civilem et sacram hinc nacta est disciplinam, inde denique solamen et

constantiam in adversis, gloriam in prosperis mutuavit. Quasi a firma sustentata est columna gens nostra, a Sancta Sede, potentem inter dominatum imperii orientis et occidentis, tuendo regni nostri libertatem, et tunc, quum immanes Turcarum in nos ruerunt impetus, quos ut firma mœnia et antemurale christianitatis insigni repulit fortitudine; fidemque antiquam æque inter magnas hæresum procellas iactatæ tum ecclesiæ, quæ iam totum pervaserunt cum orbe regnum, victrix restituit et servavit.

Hæc omnia, istis vulgata voluminibus, acta et literæ, diserte enarrant, eximiam Sedis Romanæ erga nos sollicitudinem, efficax auxilium, et magna nobis præstita subsidia, continuasque eius loquuntur curas. Digna omnio, ut antistites patriæ nostræ pro ardentissimo quo flagrant ecclesiæ et patriæ desiderio et amore, earumque gloriam provehendi studio, publici iuris facere contendant. Dignum una merito, ut publicas hic agamus grates omnibus, qui operi isti promovendo adiutrices porrexerunt manus: Sanctissimo Domino pro gratia et favore; rebus præfectis, tabularii directoribus dein nostris pro improbo labore, præsulibus item et prælatis pro magnis impensis, quibus opus hoc succollare et in effectum deducere conati sunt.

Nec minus opportunum censuimus hunc thesaurum novum reconditum historiæ nostræ sacræ et profanæ erutum, hoc præsertim ævo publicum reddere, quum tam sæva incusare debemus tempora, ubi respublica tanto iactatur dissentientium civilium opinionum ac turbarum impetu, societasque civilis in dies novis exasperata desideriis et votis minatur ruinam; vera demum fides et doctrina vanis affligitur rationis commentis. Magna certe animi contentione enitendum est, ut in tanta rerum et temporum acerbitate, veritati quoque inter hæc adversa vanaque commenta, aut cœcas ignorantiæ tenebras pateat via et lux, dum atra iam premimur tempestate, atriori si Deus sic permiserit, nefors adhuc imminente eventu. Decertandum igitur et historiæ, lucis temporum et vitæ magistræ, armis, ut ad rectum errantes reducamus tramitem.

Quod ut ecclesiæ et patriæ bene vertat, fac sit Deus Optimus Maximus!

Budapestini die S. Adalberti P. M. Apostoli Hungariæ. MDCCCLXXXIV.

ARNOLDUS IPOLYI
Episcopus Neosoliensis Operi edendo præfectus.

ELŐSZÓ.

Magyarország történelmének egyik főkútforrása a vatikáni levéltár. Nemzetünknek a római szent székkel való szoros és tartós viszonyát a pápai okmányok hosszú sora hirdeti, kezdve mintegy korszámításunk ezredik évétől, midőn nemzetünk a keresztség által az anyaszentegyházba tért és első királyunk a Rómából hozott apostoli kereszttel és szent koronával megajándékozva megkoronáztatott.

Történetirodalmunk ez okiratok nyomozásával, összegyűjtésével és kiadásával bár századok óta foglalkozik már; de ezeket még maig sem meríthette ki.

Egyházunkat illeti a dicsőség, hogy valamint a felvilágosodás és az ismeretek, a műveltség és a tudomány magvait első hintette szét az országban, és főpásztorainak a közügy szolgálatában főrészök volt: úgy a székesegyházak, káptalanok és monostorok lőnek az ország törvényes hiteles helyei, hol a közoklevelek irattak és feljegyeztettek, őriztettek és hitelesen kiadattak.

A XV-ik század óta pedig, a tudományok újjászületésével, a historiai kútfő- s okmányvizsgálat is, a mint következő századokon át a sz. benedekiek hírneves maurinusi társulata által a tudomány magasabb színvonalára emeltetett, úgy hazánkban is az egyháziak, nevezetesen egyes kiváló főpásztoraink és szerzeteseink által lőn az oklevél-nyomozás megkezdve.

Elsők voltak e téren, a XVII. században, az esztergomi főegyház nagynevű érsekei, országunk primásai, kik közül gr. Forgách Ferencz bíbornok, egyháza dús okmány-kincsét állíttatta össze. Utóda Pázmány Péter bibornok általában Magyarország összes egyházai, monostorai és szerzetesrendei okmányait «hosszú és nagy munkával» — mint irja — «átkutatta, hogy belőlök az egyházi rend történetének teljes ismeretét

meríthesse.» Míg gr. KOLLONICH LIPÓT bíbornok, hasonlón esztergomi érsek, az országos levéltárakat és királyi könyveket is tovább kutatta, s ezek okmányait összegyűjtve, leiratta. Gr. BATTHYÁNY JÓZSEF bíbornok-érsek utóduk ez anyagot újabbal bővítve, e munkálatok által ama nagy hazai történetkútfő-gyüjteménynek alapját megvetették, melyeket HEVENESSY GÁBOR és KAPRINAY ISTVÁN, mindkettő tagja Jézus-társaságának, mely nálunk a sz. benedeki maurinusok történelmi iskolájának munkálkodását folytatta, összesen kétszáz negyvenhét kézirati kötetbe foglalva ránk hagytak. [1]

Nagy történetiróink, PRAY GYÖRGY és KATONA ISTVÁN, hasonlón előbb a Jézus-társaság tagjai és ennek eltörlése után a nagyváradi és kalocsai káptalan kanonokai, ezen kútfő-gyűjtést nemcsak kibővíték, hanem nagy történeti műveikben felhasználva, részben közé is tették. [2] Míg FEJÉR GYÖRGY nagyváradi kanonok s az egyetem könyvtárnoka az addig összegyűjtött okmány-kincset számos újabbakkal, melyeket a hol csak hozzáférhetett, a levéltárakból összeszerzett, Magyarország egyházi és polgári nagy okmánytárát kiadta. [3]

E munkálatok folytatását képezik jelenleg az Akadémia okmánytári kiadásai a Magyar Történeti Emlékek sorában, melyeknek első része az Árpád-, a másik az Anjou- s a Vegyesházi királyok újabban összegyűjtött, javított s kiegészített okmányait eddig is már huszonhat kötetben közlik. [4]

Ehhez járul legújabban az esztergomi főegyház okmányainak, SIMOR JÁNOS bíbornok érsek-primás meghagyásából, KNAUZ NÁNDOR esztergomi kanonok által nagy gonddal kiadott gyűjteménye. [5]

Hazai okmánytári munkálataink ezen során, azoknak mintegy teljesebb kiegészítésére vállalkozván, a vatikáni levéltár magyarországi okmányai kiadására, — nem lehet azért szándékunk itt tovább összes okmánykiadásaink előadásába ereszkednünk; a mint ilyenek a helytörténelmi munkákban, egyes megyék, városok, helységek, egyházak, templomok, monostorok, szerzetes-rendek és tanodák történetében bőven foglaltatnak.

Csupán az itt főleg figyelmet igénylő nagy munkát kell még felemlítenünk, melyet THEINER ÁGOSTON, a vatikáni levéltár igazgatója, Magyarország főpapjai költségén, nevezetesen ROSKOVÁNYI ÁGOSTON, akkor váczi

[1] Lásd Hevenessy és Kaprinay kéziratait a budapesti könyvtárban, s ezen okmánytári munkálatok további történetét Fejér Codex Diplomaticusa kiadásának tervrajzi első kötetében előadva.

[2] Pray, Annales reg. Hung. 1763. Katona, Historia Critica Reg. Hung. 1779.

[3] Codex Diplomaticus Hungariæ Ecclesiasticus et Civilis. Budæ. 1829—44.

[4] Magyar történeti emlékek okmánytára, kiadja a Magyar T. Akadémia, 1861 óta, és Hazai okmánytár, Ráth K., Nagy I., Ipolyi A. stb.

[5] Esztergom 1882.

jelenleg nyitrai püspök nagyérdemű tudományos hittani munkálatainak egyházi okmánygyűjtései és felhivása folytán az ötvenes évek végén kiadott a vatikáni levéltárból, két kötetben ily czím alatt: «Magyarország egyháztörténetére vonatkozó régibb, s eddig nagyobbrészben kiadatlan történetemlékek a vatikáni levéltárakból.»[1]

E mű azonban hasonlón távolról sem meritette még ki a vatikáni levéltárnak minket illető nagy okmánykincsét. Azonkivül, hogy az általa kiadottak nem hibátlanok, még hiányosak is, vagy többször csak kivonatosan kerültek napfényre; de a régibb okmányok közül is több elmaradt, a XVI-ik századdal pedig megszakitva, a mű az újabb anyag közlését egészen félbenhagyta.

Ujabb történelmi tanulmányaink egyik kiváló törekvésévé, sőt követelésévé vált tehát immár, hogy e hibákat kiigazítva, s a hiányokat kiegészítve, az elhagyott régiebbeket is kipótolva, az újabb kornak érdekesebb okmányai megszakított kiadását pedig a XVI. századdal kezdve folytassuk. E szándékunknak első adott határozottabb kifejezést Fraknói Vilmos nagyváradi kanonok, s az Akadémia főtitkára, midőn Rómában történelmi munkálatai érdekében, a vatikáni könyv- s levéltárak kútfőit kutatva, alkalma nyilt óhajtásunkat a szent szék államtitkárának: Jacobini Lajos bíbornoknak előterjeszteni. A bíbornok-államtitkár, nemzetünk iránt rokonszenves érzetével, mint kedves emlékű pápai nuntius egykor az osztrák-magyar udvarnál, oly lelkesen fogadta az ajánlatot, hogy ez Ő szentségének az uralkodó XIII. Leo pápának azonnal előterjeszthető volt. Ő szentsége az egyház feje, óhajtásunkat kegyesen méltányolva, szándékunk azonnali figyelembevételét megigérni méltóztatott.

Magyarország főpapjai és káptalanai erről értesülve, azonnal lelkesedéssel karolták fel az ügyet, hogy az ország egyháztörténete tanulmányát előmozdítsák, s a vatikáni levéltár magyarvonatkozású okmányai kiadásának nagyobb vállalatára legnagyobb részök mindjárt az első felhivásra tetemesebb költséget, mely immár a százezer forintnyi összeget megközelíti, ajánlottak föl.

Ezzel a vállalat kiadására a további lépések azonnal foganatba vétettek. Tárkányi Béla egri és Fraknói Vilmos nagyváradi kanonokok Rómába küldettek, hogy a vatikáni levéltár megnyitásáért hálánkat megvive, egyszersmind az okmányok kikeresése, megválasztása és leirása iránt

[1] Theiner, Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, maximam partem nondum edita ex tabulariis Vaticanis deprompta. Romæ, typis Vaticanis MDCCCLIX.

a levéltár igazgatóinál s hivatalnokainál a kellő lépéseket megtegyék. Erre a szent szék további engedélyét kikérve és megnyerve, HAYNALD LAJOS bíbornok, kalocsai érsek nagylelkű közbenjárásával, az ügy a fentemlített államtitkár-bíbornok válaszával irásilag is rendezve s megállapítva lőn. Ugyancsak a kalocsai bíbornok-érsek elnöklete alatt a magyar püspökök és főpapok közül többen személyesen és képviselőik által megjelenve tanácskoztak a vállalat kivitele iránt, s annak intézésére végrehajtó-bizottságot alakítottak, melynek elnökévé alulirottat, tagjaivá DANKÓ JÓZSEF pápai prælatust és KNAUZ NÁNDOR esztergomi káptalanbelieket, továbbá TÁRKÁNYI BÉLA egri, RÓMER FERENCZ FLÓRIS és FRAKNÓI VILMOS nagyváradi kanonokokat kérték fel; miután az utóbbit, kinek a vállalat létesültében legnagyobb része volt, annak szerkesztése nagy és terhes munkájára is megnyerni sikerült.

E bizottság a vállalat kivitelére nézve abban állapodott meg, hogy a mű kiadása két külön sorozatban indíttassék meg. Az első sorozat a vatikáni levéltár ama régibb okmányai kiadását fogja adni, melyeket THEINER nagy munkájában egészen elhagyott vagy csak rövidebb kivonatban és nagyobbrészt hibásan közölt. A másik sorozat az újabbkori történeti emlékeket közli, mintegy a XVI-dik század elejétől, onnét, hol THEINER kiadását félben hagyta. Ezt nevezetesen a magyar királyokhoz küldött pápai követek, a legátusok és nuntiusok diplomatiai utasításaik, jelentéseik, tudósításaik s leveleik kiadásával kezdjük; melyek történetünkre a mily nevezetes s érdekes, oly, eddig ismeretlen új anyagot szolgáltatnak; és különféle vonatkozásaikban nemcsak Magyarország eseményeit, hanem a világtörténetet is felderíteni képesek.[1]

* * *

E készülődések közt talált immár Szentséges Atyánk XIII. LEO pápának a vatikáni könyv- s levéltárak igazgatásával megbízott bíbornokokhoz intézett nagy horderejű határozata, melylyel a vatikáni kézirati kincseknek a történettanulmányok közhasználata számára megnyitását elrendeli s ennek magas czélját s jelentőségét előadja.

[1] Lásd a vállalat kezdeményéről s megalakulásáról, valamint a kiadás tervezetéről a bővebb jegyzőkönyvi részletek közleményeit Zádori Magyar Sion czímü folyóirata 1885. VII. és VIII. füzetében s ezek különnyomati kiadásában: A Vatikáni magyar okirattár Fraknói Vilmos jelentése czím alatt, Esztergom 1882.

Hiven az egyháznak hagyományos gyakorlatához, melylyel századokon át a nemzetek történetének nem csak egyik lényeges tényezője, hanem annak feljegyzője s megirója is volt, mi nélkül egész korszakok története nem jutott volna ránk; s valamint a történelmi tanulmányokat mindenkor oly buzgón ápolta körében, hogy keleten és nyugaton általa képeztettek a nemzetek első történetirói; és ezzel egyszersmind a polgárosodásnak s felvilágosodásnak szövétneke, az igazságnak erős oszlopa is védve lőn; — ugy ezen hivatását vélte követni jelenleg is ez újabb korszakban a történelem nagy virágzása és tévedései közt, feltárva a kutatás számára kéziratai felhalmozott nagy kincsét.

Az új forrás megnyitását méltóan jelezhette a vatikáni gyűjtemények tanulmánytermei egyikében elhelyezett XIII. Leo arczképe következő feliratával:

LEO XIII. PONT. MAX. HISTORIAE CONSULENS TABULARII ARCANA RECLUSIT ANNO MDCCCLXXX.

A szent szék ezen nemes szándéka és nyilatkozata annál inkább ösztönözhetett minket is igyekezetünkben, hogy ez óhajtásnak részünkről is megfelelve, a korunkban annyiszor eltorzított történelmi igazságnak ez alapos kútfő-munkálatok által tanuságot szolgáltassunk.

Ez által egyházunk iránti kegyeletet kedves hazánk szeretetével fűzve, e szent szövetségben kivántunk ezzel is a gyermeki hűség és kegyelet érzetének és kötelmének méltón megfelelni.

Az itt közlött pápai okmányok, követi diplomatiai jelentések s utasítások legvilágosabb tanuságai egyszersmind nemcsak a szent szék magasztos erkölcsi hivatásából kifolyó azon gondoskodásnak és ápoló szeretetnek, melylyel hazánknak annyiszor fenyegetett állását és helyzetét felkarolta; hanem nemzetünk ama bizalmának és hűségének is, melylyel a szent szék iránt e közt viseltetett. A mint nemzetünk az egyháztól Rómából vette hitét és tanítását, polgárosodását és műveltségét; úgy magának a magyar állam- és királyságnak megalakulásában a sz. széknek épen úgy főrésze volt, valamint országunk önállása és függetlenségének a nyugati és keleti görög és római birodalmak közt fentartásában. Mert ebben a szent szék mindenkor a legfőbb tényezők egyike volt. Valahányszor fenállásunk veszélyben forgott, mindig első sorban védte azt bölcs tanácsával és döntő befolyásával, hatalmas szövetségével, készséggel nyújtott költséggel vagy tetemes hadaival is.

A római szent szék saját hatalmának, függetlenségének s önállásának bölcs és gondos érdeke igényelhette bár, hogy kezdetben a keleti, majd a nyugati császárságával mindent elárasztó római birodalommal szemben önálló királyságok és államok jól szervezett csoportjára támaszkodjék. De később is az európai hatalmi rendszer súlyának változtával, hazánkat a szent szék jótékony politikai befolyása elismerésre kötelezte. Élénken ecseteli épen e korszak ezen actióját az itt közétett pápai követi jelentések sorozata egészen új s érdekes adatokkal megvilágítva s kiegészítve hazánk története e részét.

Midőn Mátyás király halálával a török támadások keletről mind sürűbben és erősebben fenyegetik az országot, míg kormánya s a nemzet ereje mind gyengébb és gyarlóbb, a belső viszályok és zavarok által veszélyeztetve az országot, a külállapot pedig már is az ország koronája örökségére számító trónkövetelőkkel fenyeget, ekkor is egyedül a szent szék az, mely az országot minden önérdek nélkül, áldozatok árán is támogatja. S épen ezen jóakarat, segély és feláldozás, sőt országunk s nemzetünkért tanusított lelkesedés megható nyilatkozatait s tényeit közlik a jelen eddig ismeretlen XVI. századi jelentések lapjai, a szent szék leggyengédebb gondosságáról, hathatós pártfogásáról és segélyéről adva tanuságot.

Méltó valóban, hogy a hazai történelmi tanulmányaink előmozdításaért mindenkor lelkesedő főpapjaink ez új kútforrás kiadására vállalkozzanak. És méltó, hogy valamint a kiadás engedélyezéseért Ő Szentségének dicsőségesen uralkodó XIII. Leo pápának, úgy mindazoknak is, kik a mű létesítését előmozdíták nagy költséggel s utánjárással, munkával és fáradozással, itt végül nyilvános hálát mondjunk.

A történet nagy tanulságait mindenkor magasra tartva, a történelmi tudomány mai élénkebb s tágabb körű tanulmányai ismeretét és gyakorlatát, mint korunk egyik műveltségi követelményét, nekünk is előkelő feladatunk minden téren tovább fejlesztenünk. — De a kor és körülmények még sürgetőbb és komolyabb követelménye ez, oly átmeneti időszakban, midőn az új állami és társadalmi eszmék s alakulások naponkint magasabbra emelkedő igények követeléseivel állanak elő, és az innét keletkező lázas állapotok ingadozásai közt nem képesek megszilárdulásra és megnyugvásra jutni, s az emberiség túlzó vágyait s folytonos újításait kielégíteni. Ilyenkor kétszeres szüksége az oly tanulmánynak, mely megoldásra vezethet, mint az igazság világa, az idők tanuja s az élet mestere

hogy világával, tanításával és tapasztalatával kimutassa az emberiség téves vagy czélhoz vezető ösvényeit.

Adja Isten, hogy e munkálkodásunkat az Ő szent áldása kövesse.

Budapesten 1884 Sz. Adalbert Magyarország Apostola napján.

IPOLYI ARNOLD

beszterczebányai püspök, a vatikáni magyar okmánytár kiadására alakított bizottság elnöke.

LADISLAI FEJÉRPATAKY

PROLEGOMENA

AD RATIONES COLLECTORUM PONTIFICIORUM IN HUNGARIA.

1281—1375.

(STILO LATINO CONCINNAVIT FRANCISCUS HORVÁTH SS. THEOL. DOCTOR, PROF. THEQL.)

I.

Inde a sæculo XI. nihil ardentius optabat christianus orbis, quam Terram Sanctam islamitico iugo liberare, liberatamque contra iteratos hostium impetus defendere et servare. Id ut obtineretur, innumerabiles christiani vitam bonaque sua ultro offerebant, clerici vero decretis synodorum et Romanorum Pontificum ad sacrarum expeditionum sumptus ferendos compellebantur.

Pro communi fine Christianismi decretæ prætaxationes in Hungaria initio sæculi XIII. primum occurrunt; et quidem tempore ANDREÆ II. regis fit mentio primæ huius generis prætaxationis. HONORIUS P. III. rescripto 21. Nov. a. 1216 iussit nixus canonibus concilii Lateranensis IV. (1214—15.) vigesimam partem omnium proventuum ecclesiasticorum colligi usque ad triennium,[1] exemptis a communi onere tantum abbatiis Præmonstratensibus et Cisterciensibus. De eventu istarum collectionum nihil nobis relatum est. Nullam æque relationem habemus sive de executione decreti concilii Lugdunensis I. a. 1245 vigesimam pariter ecclesiasticorum proventuum per triennium partem in subsidium Terræ Sanctæ adserentis,[2] sive de collectionibus tempore URBANI P. IV. 1261 et sequentibus annis a camera apostolica eodem probabiliter titulo factis.[3]

A HONORIO P. III. in subsidium Terræ Sanctæ mandata prætaxatione vigesimæ scilicet partis minor illa fuit, qua URBANUS P. IV. in bulla 3. Oct.

---

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 3. Verba decreti illius synodi hæc sunt: Cupientes autem alios ecclesiarum prælatos nec non clericos universos et in merito et in præmio habere participes et consortes: ex communi concilii approbatione statuimus, ut omnes omnino clerici, tam subditi quam prælati, vigesimam partem ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium conferant in subsidium Terræ Sanctæ, per manus eorum, qui ad hoc apostolica fuerint providentia ordinati: quibusdam dumtaxat religiosis exceptis ab hac prætaxatione merito eximendis; et illis similiter, qui assumpto vel assumendo crucis signaculo sunt personaliter profecturi. Acta conciliorum. Parisiis 1714. VII. p. 74.

[2] Acta Conciliorum VII. p. 393.

[3] Fejér, Cod. dipl. VII. 5. p. 337.

a. 1262 beneficia ecclesiastica per Hungariam gravavit;[1] hæc enim, quamvis temporis spatio maior esset, quod ad quinquennium se porrigeret; tamen quod nisi centesimam provetuum partem respiceret, tam leve onus constituit, quod non graviter premeret eos, quibus impositum esset. Speciales adnotationes neque de facto huius collectionis habemus. E contra sequentis collectionis rationes iam nobis archiva Vaticana conservarunt.

Concilii Lugdunensis II. (1274.) canones decimam partem omnis generis proventuum ecclesiasticorum usque ad sexennium inde a festo S. Joannis Bapt. anni 1274 decernunt pro expensis belli sacri, et in subsidium Terræ Sanctæ.[2] Quo factum est, ut GREGORIUS P. X. bulla 20. Sept. a. 1275 GERARDUM de MUTINA subdiaconum et scriptorem suum in Hungariam Poloniam et Sclavoniam legatum ordinarit instructione speciali provisum, qui decretas decimas colligeret.[3] Eligendi ab ipso erant in omni diœcesi, quos Episcopus aut eius Vicarius commendasset, duo fide et dexteritate conspicui viri, qui postquam iurassent se munere sibi committendo, prout conscientia dictaverit, fideliter perfuncturos, decimis colligendis incumberent; ipse vero tamquam supremus collector per totum regnum ambulare et diligenter invigilare debebat, ut isti commissarii sui munus susceptum rite obirent. Concessum ipsi est, ut laborum e collectis pecuniis quotidie tres «solidos sterlingorum» mercedem perciperet, præterea durante legationis tempore iisdem privilegiis uteretur, quorum cruce signati milites participes essent.

Quandonam GERARDUS inchoaverit collectionem istarum pecuniarum in patria nostra, nescimus; nullum tamen dubium est, quin ultra memoratos sex annos fuerit hac provincia distentus.

Eiusdem tenoris bullam, ac GREGORIUS P. X., misit ad GERARDUM etiam JOANNES P. XXI. (1276—1277), prout hoc memoratur in rescripto NICOLAI P. III. 30. Jul. a. 1278 confirmantis GERARDUM in munere collectoris decimarum et in usu privilegiorum obtentorum.[4]

Collectio pecuniarum videtur plura offendisse pericula in Hungaria, quam in aliis christianis regnis, quorsum a Papa eodem, quo GERARDUS in Hungariam, tempore collectores missi fuerant. Rerum publicarum tempore regis LADISLAI IV. perturbatio non favebat collectioni; securitatis tristis regni status obstabat, quominus pecuniæ collectæ de loco in locum tuto

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 246.
[2] Acta Conciliorum VII. p. 688.
[3] Theiner, ibidem I. p. 319.
[4] Theiner, ibid. I. p. 323.

transferrentur. Idcirco Pontifex a GERARDO rogatus 3. Jul. a. 1278 præcepit, ut restantes pecuniæ sub responsabilitate et onere restitutionis conferrentur a collectoribus in locum tutum, Zagrabiam aut Segniam (Zengg), tradendæ ibidem in manus commisarii papalis.[1]

GERARDUS pluribus annis elapsis Episcopus Caiacensis creatus (1283—1293) non amplius tanto cum fervore, quanto antea, colligendis decimis insistere potuit. Idcirco HONORIUS P. IV. 6. Jan. a. 1287 in eius locum ADAMUM de POLONIA, canonicum Cracoviensem, collectorem decimarum nominavit pro memoratis regnis, ornatum iuribus, obstrictum obligationibus antecessoris.[2] De actis et gestis novi collectoris non constat nobis in particulari; quod autem nec iste finem suum plene sit assecutus, quod pluribus elapsis annis pecuniæ adhuc exigendæ restarent: testatur epistola BONIFACII P. VIII. 17. Sept. a. 1301 ad suum in causa decimarum commissarium scripta.[3] Rationem huius facti in perturbatis rebus ultimis sæculi XIII. decenniis, et in dissidiis de throno ortis reperies.

Hæc est brevis historia tributi titulo decimarum collecti, cuius novissimæ rationes sub primo numero nostræ collectionis[4] modo primam aspiciunt lucem.

GERARDI de MUTINA breves rationes de decimis, in provinciis tribus sibi commissis collectis, habentur in manuscripto archivi Vaticani «Rationes collectoriæ Nr. 213» inscripto. Codex iste in forma folii, 65 folia in membrana continens (37·5 cm. altitudinis, 26 cm. latitudinis), collectorum illo tempore in christianum orbem emissorum — numero 27 — supremas nobis conservavit rationes, sine notata origine singularum summarum. Inter rationes collectorum, illæ quæ confectæ sunt a collectore Hungariæ Poloniæ et Sclavoniæ, quartum occupant locum et leguntur in foliis 7—10 manuscripti. Fol. 30. rationes collectorum eadem manu, probabiliter in camera apostolica, descriptæ his terminantur verbis: «Hoc est inventarium seu liber ordinatus per venerabiles patres etc. deputatos de omnibus regnis, provinciis et terris, in quibus tempore domini GREGORII Pape X. (1271—1276) et post ipsum collectores et superintendentes deputati fuerunt ad colligendum decimas pro subsidio Terre Sancte.»

Reliquis paginis exhibentur diversa manu descripta documenta, in causa decimarum in singulas provincias expedita, atque elenchus decima-

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 327.
[2] Theiner, Mon. Poloniæ I. p. 99.
[3] Theiner, Mon. Hung. I. p. 386.
[4] V. infra p. 1—12.

rum subseque collectarum; quæ tamen omnia patriam nostram non respiciunt.

Uti ex rationibus colligitur, moratus est GERARDUS in regnis, in quibus decimis præerat, sex annos et quinque menses; cum igitur constet eum primum mandatum a GREGORIO P. X. 20. Sept. a. 1275 obtinuisse, certum est eum generales et absolutas rationes ante annum 1281 non potuisse substernere thesaurario Papæ. Et revera rationes huiusmodi sæpe in annos protractas fuisse docent nos plures casus posteriorum temporum. Hæc notanda censuimus, ut intelligatur, cur infra initio textus positi sint anni 1281—1286.[1]

Dolendum sane est, quod ad nos non pervenerint de ista collectione decimarum speciales relationes, ex quibus disceremus, quis quantum in subsidium Terræ Sanctæ contulerit, et sic intelligeremus, quis numerus ecclesiarum, quis proventus tempore Arpadiadum fuerit, aut saltem tales relationes quæ nos vicissitudines collectionis factæ edocerent, quales relationes GERARDUS, prout sibi a GREGORIO P. X. mandatum fuerat, certe sæpius Romam misit. Istæ tamen breves rationes, etiam prout se habent, tamquam tributi ecclesiastici extraordinarii e tempore regum domus Arpadianæ unicum monumentum, non tantum facti sed et exitus collectionis testimonium, summam nostram attentionem merentur.

II.

Decimæ a concilio Lugdunensi II. decretæ ex parte adhuc exactioni erant obnoxiæ — nam ut vidimus etiam tempore BONIFACII P. VIII. iis exigendis operam dabat camera apostolica — quando extraordinarii tributi novum onus est impositum clero Hungariæ: ferendi sumptus et expensas frequentium legationum papalium. Magnos fuisse hos sumptus scimus ex scriptis Cardinalis GENTILIS suam legationem concernentibus, [2] qui Cardinalis cum rigore procedebat contra negligentes in exsolvenda taxa procurationis; [3] post mortem autem illius curia papalis onus exigendæ

[1] In fol. 2. memorati manuscripti occurrentes rationes decimarum provinciæ Romanæ spectant etiam ad annum 1281.

[2] Cf. Monum. Vatic. series I. vol. II. pag. 153, 377, 380, 391, 397, 464—472. Præsertim rationes Cardinalis patefaciunt magnam quantitatem istarum summarum, ibidem p. 416—463.

[3] Quanto cum rigore Cardinalis Gentilis tempore suæ legationis procurationes istas exegerit, testatur quoddam eius autographum hucdum ineditum in archivo capituli Vesprimiensis custoditum (fasciculo Mancæ inscripto) documentum; v. infra p. LII. adn. 3.

pecuniæ non adhuc solutæ in se suscepit, eamque per legatos *ad hoc* in patriam nostram missos urgebat.

Incassatione pecuniæ pro sumptibus legatorum decretæ nondum peracta, novum iam est impositum tributi genus ecclesiasticis beneficiis a Papa, illud scilicet quod *vacantia* beneficia respiciebat.

Ioannes P. XXII. iam initio sui Pontificatus 8. Dec. a. 1216 bulla ad Archiepiscopos Strigoniensem et Colocensem eorumque suffraganeos Episcopos ordinata mandavit, ut ad procurandas Sanctæ Sedis necessarias expensas — nam proventus Ecclesiæ Romanæ expensas non adæquabant — cameræ apostolicæ transponerentur proventus primi anni omnium illorum ecclesiasticorum beneficiorum, quæ tempore expeditionis bullæ vacarent aut intra tres proximos annos essent vacatura.[1] Determinat Pontifex etiam modum novæ huius contributionis faciendæ, uti verbi gratia, si contigerit idem beneficium infra annum bis vacare, proventus semel tantum essent Sedi Apostolicæ cedendi. Ratio proventus cedendos æstimandi erat decima iuxta «taxationem decimæ» in Hungaria factam;[2] igitur proventus unius anni æquales decimæ decies sumptæ esse debebant. Cum tempore taxationis decimarum pro fundamento computationis fere minimi proventus annui sumpti essent, patet detractis Papæ cedendis summis, remansisse notabilem proventus annui partem in usum illius, qui vacans beneficium obtinuerit; quando vero accidit, ut pars proventus remanens maior esset illa, quæ Papæ obveniebat, liberum erat collectori illam remanentem proventus partem pro Papa occupare, dimissa summa iuxta taxationem decimæ resultante. Hoc tributi genus non afficiebat proventus vacantium archiepiscopatuum, episcopatuum, abbatiarum regularium aut quorumlibet beneficiorum quotannis sex marcis argenti minus refundentium, neque se porrigebat ad vicariatus et capellanias fundatas a piis fidelibus, ut animæ suæ precibus beneficiatorum iuvarentur, vel denique ad beneficia quacunque alia pia intentione fundata. Statuit Pontifex, ut tributum hoc bis per annum colligeretur diebus pro lubitu determinandis a collectoribus, quibus supellectilia ecclesiæ, calices, cruces, vasa sacra, libros, vestes sacras in possessionem suam redigere prohibuit.

Cum hac instructione venit Rufinus Alberti de Cibinio archidiaconus Tolnensis (qui suum beneficium Cardinali Gentili quondam domino suo

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 446.

[2] Ista clavis in patria nostra non potuit applicari; quia taxatio decimæ relatæ ad beneficia, ut ex infra dictis patebit, deerat in Hungaria.

in gratiis referebat)[1] tamquam collector papalis in regnum cum duobus a Papa obtentis instrumentis: tributum decernente, eiusque collectionem sibi committente.[2] Eodem tempore de RUFINI legatione Archiepiscopi et Episcopi regni certiores redditi sunt.

RUFINUS iter suum nondum susceperat, cum Pontifex 1. Maii. a. 1317 aliud quoque negotium ei commisit: incassationem illarum pecuniarum, quas Archiepiscopus Strigoniensis, Episcopi Transsilvaniensis, Quinqueeclesiensis et Vesprimiensis Cardinali GENTILI titulo procurationis adhuc debebant.[3] Probabiliter paulo post iter Avenione in Hungariam aggressus est — ut videtur, via brevissima per Januam, Ferarram, Venetias et Segniam — et die 12. Oct. eiusdem anni apud Samobor in comitatu Zagrabiensi ad regni fines pervenit. In dupplici negotio sibi commisso 872 diebus consumptis, 12. Mart. a. 1320 e regno exivit, cameræ papali de iis quæ egerat rationem redditurus.

Munus sibi commissum legatus Papæ occepit magno cum apparatu, cum tabellione[4] et subcollectoribus quos, prout sibi visum fuerit, eligendi pollebat facultate. Collectionis fructus relative exigui ostendunt istum apparatum, cui ex collectis pecuniis expensæ obveniebant, valde fuisse sumptuosum. RUFINO ipso, donec in regno moraretur, duos florenos aureos diurnos Papa asseruit.[5] Propter istos magnos sumptus Papa decreto anni 17. Jun. a. 1318 subcollectoribus moderationem inculcavit in sua stipe computanda servandam, quia eousque maximam collectæ pecuniæ partem ratione sumptuum propriorum sibi retinebant.[6]

Collectio RUFINI statim initio magna offendit impedimenta. Venit is in regnum cum instructione, ut vacantium beneficiorum proventus annui colligerentur ratione habita ad clavem seu calculum in taxatione decimarum stabilita. Ast vix cellectioni operam dare cœpit, rescivit taxationem decimæ in patria nostra non esse factam, et sic incertum esse, quanta pars annui proventus singulorum beneficiorum ratione decimarum habita esset inferenda cameræ apostolicæ. Alia via computationis erat ineunda. Papa ut difficultatem expediret, 17. Jun. a. 1318 mandavit legato, ut in vacantibus beneficiis dimidiam totius annui proventus partem pro camera apostolica exigeret, altera dimidia parte illi relicta, qui interea in

[1] Monumenta Vaticana Hung. series I. vol. II. p. 257—262.
[2] Theiner, Mon. Hung. I. p. 448.
[3] Theiner, ibidem I. p. 449—450.
[4] Jus unius tabellionis constituendi obtinet 17. Junii a. 1317. Theiner, ibidem I. p. 451.
[5] Theiner, ibidem I. p. 450.
[6] Theiner, ibidem I. p. 461.

vacans beneficium ingressus fuerit. Ut autem determinaretur valor proventus dimidii seu papalis, necessaria erat fassio beneficiatorum, et testificationes aliarum personarum. Cum vero timendum esset, ne beneficiati minorem, quam revera esset, proventum faterentur, potestatem dedit Papa RUFINO illos etiam censuris ad sinceram proventuum indicationem compellendi.[1]

Dupplici negotio sibi commisso expedito RUFINUS de utriusque exsecutione relationem elaboravit: alteram de incassatione pecuniarum titulo procurationis Cardinali GENTILI debitarum rationem reddentem, iam a nobis alibi publicatam,[2] alteram collectionis pecuniarum supra enarratæ fructus recensentem, quam infra in collectione nostra communicamus.[3] Exigui fructus non poterant contentam reddere aulam papalem. Titulo procurationis 1054, ex proventibus vacantium beneficiorum 1913 floreni aurei sunt percepti a RUFINO; ast summæ 2967 florenorum aureorum dimidiam partem et amplius 1744 florenos aureos consumpsit RUFINO munificentissime a Papa resolutum diurnum. Collectionis istius exitu tam parum probabili permotus est Pontifex, ut futurorum collectorum labores non tam splendido præmio remuneraret.

RUFINI rationes continentur in archivi Vaticani manuscripto sub titulo «Rationes Collectoriæ Nr. 183.»[4]

III.

Rationibus a nobis hucusque recensitis multo amplior atque respectu historiographiæ et topographiæ maioris momenti est ille elenchus, qui in causa decimarum pro Terra Sancta et Sede Apostolica decretarum atque annis 1332—1337 in patria nostra collectarum est conscriptus, et a nobis in tota sua extensione nunc primum in publicam lucem protractus.[5] Magni eum momenti idcirco esse diximus, quia, excepta una alterave diœcesi, ecclesiarum Hungariæ primi dimidii sæculi XIV. integram exhibet tabulam, et quia primis deceniis huius sæculi ob anarchiam et perturbatas res publicas

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 462.
[2] Editum in Monum. Vaticanis Hung. serie I. vol. II. p. 464—472.
[3] V. infra p. 13—38. Editiones hucusque factæ: Fejér, Cod. dipl. VIII. 2. p. 101—134. Theiner, Mon. Hung. I. p. 451—456. Theiner, Mon. Slav. merid. I. p. 136—147.
[4] Huius celeberrimi codicis notitiam infra communicamus.
[5] V. infra p. 40—405. Fragmenta eius publicata infra innuimus.

fundationi novarum ecclesiarum minime faventibus supponere iuste possumus, multa millia parochiarum in elencho hoc recensitarum exstitisse iam Arpadiadum tempore a temporibus, de quibus elenchus refert, vix tribus decenniis remoto. Exhibet igitur fidelissime etiam topographiam Hungariæ ex temporibus Arpadianorum regum. Nihil elencho demitur de pretio, eoquod in illo errores reperiantur, quodve nomina locorum descriptionibus corrupta ab ammanuensibus alieni labii detorta sæpe vix dignosci possint, veri nominis enim cultores topographiæ antiquæ patriæ nostræ, circumscriptionem antiquam diœcesium, numerum et situm parochiarum quondam existentium ope huius elenchi exacte definire possunt, numismaticæ vero patronis materia obiicitur abunde sufficiens ingenio suo in reperiendo valore nummorum antiquorum exercendo. Publicatio igitur textus integri huius elenchi historiæ ecclesiasticæ et politicæ regni Hungariæ novam affundit lucem.[1]

Collectionem decimarum quarto sæculi XIV. decennio peractam decrevit concilium Viennense a. 1311—1312 habitum.[2] Exsecutio decretorum synodalium diu moram patiebatur; iam fere omnium Europæ christianorum regnorum et provinciarum ecclesiæ decretis synodi obsecundaverant, in vicina etiam Polonia inde ab exitu anni 1325 collectores munus suum obierant,[3] tantum Hungaria decretas decimas cameræ apostolicæ non adhuc transposuit.

Tandem JOANNES P. XXII. 1. Mart. a. 1331 ad clerum Hungariæ universum ordinata bulla ulteriori dilationi finem fecit. Dicebat iam CLEMENTEM P. V. approbante Viennensi concilio decrevisse, ut sex annorum spatio decimæ proventuum ecclesiasticorum per totum christianum orbem in subsidium Terræ Sanctæ et ad bellum parandum contra hostes christiani nominis conferrentur, et solam Hungariam superesse, quæ hæc non præstitisset. Ut igitur istæ decimæ colligerentur, Papa duos legatos misit in regnum, JACOBUM videlicet BERENGARII (operarium monasterii Crassensis ordinis S. Benedicti Carcassonensis diœcesis) et RAYMUNDUM de BONOFATO (rectorem ecclesiæ oratorii S. Michaelis Lemovicensis diœcesis).[4]

Ambos istos collectores decimarum, antequam proficiscerentur, variis iuribus et privilegis auxit Papa. Potestatem eis dedit decimas forte iam collectas et depositi instar custoditas requirendi et occupandi, illos vero, qui ob non adhuc

---

Magni elenchi nominum locorum commentationem, nummorum valoris definitionem etc. et indices huius voluminis secunda pars continebit.

[2] Acta Conciliorum VII. p. 1358.

[3] Theiner, Mon. Poloniæ I. p. 208.

[4] Theiner, Mon. Hung. I. p. 536.

exsolutas decimas forte excommunicati fuissent, si eas exsolverint, absolvendi. Simul talia ipsis negotia commisit Papa, quæ cum collectione decimarum nullum haberent nexum. Sic mandavit ipsis, ut iuxta anteriora decreta debitos vacantium beneficiorum proventus incassarent; ab hoc tributo tantum ordines equestres, quibus ex sua vocatione cum infidelibus pugnandum esset, immunes declaravit.[1] Collatione Archiepiscopatus Strigoniensis hoc tempore vacantis sibi reservata, mandavit Pontifex collectoribus, ut vigilarent, ne quis proventus archiepiscopales iniuste invaderet; quocirca de proventibus plenam notitiam sibi compararent ab administratoribus Archiepiscopatus accuratas rationes exigendo. Quoniam vero tributum, quod quædam ecclesiæ titulo census Sanctæ Sedi quotannis solvere tenebantur, a multis annis insolutum restabat, etiam istud exigendi potestatem ambo legati obtinuerunt.[2] Donec munere fungerentur, utrique eorum unus et dimidius auri florenus diurnus est resolutus a Papa.

Cum multiplicibus istis mandatis et instructionibus ambo collectores decimarum Avenione profecti sunt 24. Aprilis a. 1331.[3] Equo vecti pervenerunt Niciam, unde navi, salutata Janua, appulerunt in portum Pisanum; hinc Venetias terrestri itinere petierunt, Segnam (Zengg) inde iterum fluctibus ferendi, ubi curribus impositi sunt, ut portarentur Zagrabiam; et iste videtur esse locus publicationis literarum ad episcopos regni ordinatarum, in quibus hos citabant Budam, ut ibi statuto tempore comparentes edocerentur, quæ Papa decrevisset, et legatis commisisset.

Prælati tamen Hungariæ ad portandum onus sibi imponendum non erant parati regisque intercessionem implorarunt. Anno 1331 tractant de hac re Papa et rex inter se, literæ, notificationes et legati mittuntur et recipiuntur.

Frustra Papa 18. Mart. a. 1332 literas misit ad regem CAROLUM — qui videtur fuisse promptus concedere in regno suo exsecutionem decretorum de decimis, si Papa illarum partem ipsi cesserit — exhortantes eum, ut in colligendis decimis a synodo Viennensi decretis, et in proventibus vacantium beneficiorum incassandis legatis suis auxilium præstaret; frustra scripsit in eodem negotio aliquos post dies 1. Aprilis Episcopis regni universis et proceribus conspicuis, uti THOMÆ vaivodæ Transilvano, PAULO de NAGYMARTON iudici curiæ regiæ, LADISLAO magistro agazonum regalium, JOB bano Machoviensi et comitibus DONCH Soliensi, DEMETRIO Trenchi-

[1] Hos postea etiam Benedictus P.XII. a solutione immunes declaravit. Theiner, Mon. Hung. I. p. 613.
[2] Theiner, ibidem I. p. 538—540.
[3] V. infra expensas itineris Raymundi pp. 406 et seqq.

niensi, PAULO Zathmariensi, NICOLAO Posoniensi atque STEPHANO Pilisensi; [1] indultum collectionis CAROLUS denegavit.

Postquam rex per PAULUM Episcopum Belgradiensem (Albensem), quem, cum memoratas Papæ literas legisset, Romam misit, Pontificem ad amplectendas, quas supra innuimus, conditiones permovit, Papa decreto 1. Jun. a. 1332 regi tertiam partem colligendarum decimarum et proventuum ex vacantibus beneficiis percipiendorum cessit, ea tamen cum clausula, ut his pecuniis nisi in defensione sui regni et christiani populi contra infideles et hæreticos uti posset. De hac Papæ voluntate etiam ambo legati certiores sunt redditi.[2]

Ab hoc tempore ex parte regis, cuius eo maior utilitas erat, quo maiores decimarum fructus essent futuri, nulla amplius legatis obstacula facta sunt. Acquievit etiam clerus. Ambo legati operi cœpto pacifice vacabant, et Papæ felicem collectionis successum literis nuntiabant, uti hoc colligitur ex literis Pontificis ad regem, duos regni Archiepiscopos, et Episcopos Zagrabiensem et Varadiensem missis, in quibus ea de causa gratias agit.[3]

Collectionem ex voto procedentem anno probabiliter 1334 interrupit mors alterius legati Papæ RAYMUNDI de BONOFATO, [4] quæ Strigonii videtur accidisse, ibi enim est sepultus in ecclesia fratrum Prædicatorum.[5] Magna inde orta est confusio tum in pecuniis ab ipso collectis tum in libris, in quibus consignatio reperiebatur decimarum et rationes collectoriæ. Certum esse videtur collectores divisisse sibi regnum respectu collectionis, ita ut utrique septem diœcesium decimæ colligendæ essent; nam quoad illas diœceses, in quibus collector fuit RAYMUNDUS, maxime mancos habemus elenchos, imo nonnunquam iis omnino caremus.

Defuncto RAYMUNDO adhuc JOANNES P. XXII. suffecit JACOBUM de LENGRES «sacristam ecclesiæ Carpentoratensis», qui verisimiliter iam anno 1334 in locum suæ destinationis se contulit.[6]

Post mortem JOANNIS P. XXII. BENEDICTUS P. XII. ad decimas

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 550—551.

[2] Theiner, ibidem I. p. 553—555.

[3] Theiner, ibidem p. 591—592.

[4] 24. Nov. a. 1333 adhuc in vivis erat, vel saltem mortis eius nuntium nondum pervenerat Avenionem, prout hoc e literis Papæ modo citatis gratiam persolventibus apparet. Successorem ipsius, Jacobum de Lengres, uti documentum quoddam Benedicti P. XII. testatur (Theiner, I. p. 606.) adhuc Joannes P. XXII. fecerat per Hungariam nuntium. Quoniam autem Joannes P. XXII. die 4. Dec. a. 1334 obiit: dies, quo mors accidit Raymundi quærendus est inter mensem Novembrem anni 1333 et 4. Dec. a. 1334.

[5] V. infra p. 404.

[6] Theiner, Mon. Hung. I. p. 605, 606.

Hungariæ præcipuas suas curas intendit. Vix ad solium Pontificium est elevatus, tum ad regem tum ad regni prælatos in favorem collectorum literas misit.[1] Eodem tempore, 5. Aug. a. 1335 ad ambos etiam collectores singulæ literæ expeditæ sunt, in quibus illi a Papa ad cœpta negotia prosequenda et perficienda potestatem obtinent, iuriumque hac in re a JOANNE P. XXII. ipsis concessorum confirmationem. Eadem die tamen JACOBO BERENGARII alia etiam fit a Papa declaratio: se edoctum esse collectionem decimarum in Hungaria adeo iam ad terminum accedere, ut ulteriori operi unus collector sufficeret, se proinde ei mandare, ut cum collectis pecuniis Avenionem properaret de statu rerum relaturus. Inefficax fuit hæc declaratio; neque JACOBUS BERENGARII neque postea JACOBUS de LENGRES morem gessit mandato Papæ. Singulis annis Papa urgebat ambos collectores, ut rationes collectorias ei mitterent, ast frustra. JACOBUS de LENGRES 1339 anni primo dimidio mortuus est, alterius collectoris pertinacia nec anno 1340 frangi potuit a papali aula. Tandem rerum adiuncta necessitatem novorum collectorum adduxerunt.[2]

Rationum JACOBI BERENGARII et RAYMUNDI de BONOFATO tantum fragmenta pervenerunt ad nos. Quoad totum spatium sex annorum integrum elenchum solutarum decimarum nisi ex diœcesi Varadiensi habemus; ex cæteris tantum fragmenta plus minus parva; etquidem non tantum ideo, quia rationes ad nos non pervenerunt, sed etiam quia collectio absque ordine fiebat consilio initio concepto per mortem RAYMUNDI omnino immutato.

Uti ex elencho dignoscitur, collectores labores suos per Hungariam ita partiti sunt, ut RAYMUNDUS de BONOFATO collectioni decimarum operam daret in parte septentrionalis occidentis seu in diœcesibus provinciæ metropolitanæ Strigoniensis; JACOBUS vero BERENGARII in diœcesibus provinciæ metropolitanæ Colocensis in parte Hungariæ ad orientalem meridiem sita; seu quod idem est, RAYMUNDUS in diœcesibus: Strigoniensi, Agriensi, Quinqueecclesiensi, Jaurinensi, Nitriensi et Vesprimiensi; JACOBUS BERENGARII autem in diœcesibus: Colocensi, Varadiensi, Transsilvaniæ, Chanadiensi, Zagrabiensi, Bosnensi et Syrmiensi.

Legati Papæ divisis ita inter se laboribus per diœceses consentientibus Episcopis subcollectores constituebant, duos aut tres, plerumque canonicos eiusdem diœceseos. Hi bis per annum diebus determinatis Omnium

[1] Theiner, Mon. Hong. I. p. 606.
[2] De his infra sermo erit.

Sanctorum et Ascensionis Domini festis colligebant pecunias, consignationes faciebant, et Papæ commissariis rationes reddebant. Valde exigua est summa commissariis Papæ immediate, præteritis districtualibus subcollectoribus, a tributariis exsoluta.[1] Rationes partiales iuxta districtus a subcollectoribus confectæ, in unum collectæ et descriptæ constituunt magnum elenchum, in singulis suis partibus tum quoad modum compositionis tum quoad textum valde dissonum, ita ut statim appareat, eum non esse unius personæ eadem ratione confectas rationes, sed a subcollectoribus diversa methodo conscriptarum consignationum simplicem iuxta-positionem.

Commemoravimus ex morte RAYMUNDI ortam confusionem et complicationem, tum quoad decimarum solutionem tum quoad cætera ad hoc negotium, ut ex ordine expediretur, necessaria. Clare hoc testantur rationes illarum diœcesium, in quibus ipse collectionibus præerat. Plenissima est consignatio collectarum decimarum diœceseos Strigoniensis;[2] utrum vero illæ de uno vel de pluribus annis sint, ex contextu concludere non possumus. Post mortem RAYMUNDI collega eius non videtur continuasse collectionem decimarum in hac diœcesi, nam elenchus decimarum Strigoniensium per extensum tamquam collectio RAYMUNDI se nobis sistit. Inter decimas Strigonienses locum occupat elenchus primi anni decimarum diœceseos Vaciensis,[3] utrum reliquorum annorum decimæ collectæ sint nec ne, nescimus; imo dubitamus, num decimæ consignatæ reapse solutæ sint. Sine ulla distinctione eodem loco enumerat RAYMUNDUS inter decimas Strigonienses etiam illas, quæ in diœcesibus Agriensi et Quinqueecclesiensi collectæ sunt,[4] tamquam istarum ecclesiarum decimas de primo anno. In his duobus diœcesibus post mortem RAYMUNDI, eius collega continuavit collectionem decimarum, sed tantum usque ad decimas de quarto anno,[5] de decimis quinti et sexti anni nihil scimus; imo de decimarum quatuor priorum annorum collectione hoc quoque constat, eam non fuisse cum magno rigore peractam, nam in consignatione decimarum tertii anni multos invenimus clericos, qui titulo decimarum nihil solverunt, quamvis præcedentibus annis, quod deberent, præstiterint. Ex una adnotatione JACOBI BERENGARII[6] scimus RAYMUNDUM collegisse decimas de primo anno etiam in diœcesi Vesprimiensi, quarum enumeratio periisse videtur orta per mortem

[1] V. infra p. 401.

[2] V. infra p. 182—235.

[3] V. infra p. 254—255, 259—260 (posterioris fragmenta completa reperiuntur in rationibus Raymundi, cf. infra p. 408—409.)

[4] V. infra Agrienses pp. 203—216, 247—254, 255—259; Quinqueecclesienses p. 235—247.

[5] Cf. diœcesim Quinqueecclesiensem p. 260—316, Agriensem p. 316—372.

[6] «Nota, de isto libro habetur in libro domini Remundi de uno anno» p. 400.

ipsius confusione; quia consignatio decimarum Vesprimiensium per JACOBUM BERENGARII facta incipit cum solutione decimarum secundi anni, et desinit cum solutione decimarum quarti anni;[1] de duobus postremis annis nihil nobis constat. De decimis duarum dicœcesium: Nitriensis et præprimis Jaurinensis vix aliquid scimus; in rationibus RAYMUNDI de priore positiones paucas, de posteriore vix unam vel alteram invenimus; et etiam istæ ab Episcopo vel a singulis canonicis solutas summas exhibent. Elenchus decimarum collectarum in territorio istarum duarum dicœcesium omnino periit; post mortem vero RAYMUNDI huius collega collectionem ibidem non continuavit.

Plenior, quamvis non omnino completus pervenit ad nos elenchus decimarum ex illis dicœcesibus, in quibus ab initio JACOBUS BERENGARII collectionis curam gessit.

Plenissima consignatio decimarum habetur ex dicœcesi Varadiensi, cuius decimæ, ut iam innuimus, de totis sex annis enumerantur.[2] Elenchus decimarum ex dicœcesi Colocensi inscribitur quidem «de sex annis», ast mancus est et cleri consignati valde parva pars exsolvit tributum de omnibus sex annis.[3] Elenchus dicœcesis Transsilvaniensis, quamvis valde extensus, tantum, uti ipsa inscriptio indicat, decimas de quinque annis continet; præterea exiguus est numerus clericorum, qui decimas de quinto anno persolverunt; de sexto anno autem hinc inde unam vel alteram positionem sparsim invenimus.[4] Cæterarum dicœcesium, uti Chanadiensis[5] Zagrabiensis[6] et Bosnensis[7] decimæ de tribus annis tantum habentur consignatæ; dum partim iam pridem desolatæ, partim a catholica fide separatæ dicœcesis Syrmiensis[8] tantum aliqui clerici leguntur Colocensibus inserti.

Ista est generalis delineatio decimarum ex dicœcesibus Hungariæ, prout eam in libris rationum nobis conservatis reperimus. Quamvis hæ rationes non sint completæ et integræ, quamvis collectio pecuniarum, ut vidimus, non accurate semper procederet, spes tamen successu non caruit. Titulo decimarum 9385 marcæ Budenses pervenerunt ad manus collectorum; que summa in subsidium Terræ Sanctæ destinata, detractis etiam tertia

[1] V. infra p. 373—400.
[2] V. infra p. 41—90.
[3] V. infra p. 174—181.
[4] V. infra p. 90—144.
[5] V. infra p. 145—161.
[6] V. infra p. 162—172.
[7] V. infra p. 172—174.
[8] Cf. verba Rufini infra p. 37.

parte regi competente, uno et dimidio floreno aureo diurno legatis resoluto, et reliquis sumptibus, satis notabilis censenda est.

Elenchus decimarum enarratarum, non obstantibus defectibus, et in descriptione commissis erroribus nobis valde æstimandus, habetur in archivi Vaticani manuscripto «Rationes collectoriæ in Hungaria 1317, 1332—1337. Nr. 183» titulum gerente. Cum manuscriptum istud magni sit momenti, operæ pretium fuerit, illud per partes describere.

Manuscriptum cum titulo exposito altitudinis 41·7 cm. et latitudinis 30·2 cm. in forma folii maximi habet una cum compactis similis tenoris pluribus fasciculis universim 127 folia numerorum signis insignita (ultima quatuor omni scriptura atque numero currente carent).

Volumen constat partibus sequentibus:

1. fasciculo 14 foliorum (in his 13 folia habent numerum currentem, primum omni attramento expers est et numero) recensente incassatos proventus ex vacantibus beneficiis septentrionalis Germaniæ de annis 1317—1320, veluti Rigensis, Bremensis, Tharbacensis, Curonensis, Gambiensis, Warnikensis etc. diœcesium.

2. fasciculo rationes Rufini de Cibinio continente etquidem:

a) fol. 14—24. (numeratis) de proventibus primi anni vacantium beneficiorum in Hungaria, cuius collectionis fata supra exposuimus.

b) fol. 25—29. eiusdem rationes de incassatione pecuniarum restantium titulo procurationis ex tempore legationis Cardinalis Gentilis.[1]

3. fasciculo in membrana, 30—38 folia complectente, cui titulus: «*Liber computi Domini Gabriellis collectoris in Polonia fructuum beneficiorum vacantium*» ex anno 1318.[2] (fol. 37—38 scriptura sunt expertes.)

4. elencho magno decimarum fol. 39^b — 123[3] complectente. Manuscriptum hoc magna cura, binis columnis, per extensum, exceptis quibusdam correctionibus, eadem manu est exaratum. Elenchi constructionem, formam et characteres tabella photographica in fine præsentis voluminis posita exhibet.[4] Additiones summarum fiunt columnatim ab ipso scriptore elenchi, correctiones autem errorum in iis admissorum ab aliquo alio.

Elenchi decimarum partes sunt sequentes:

a) Fol. 39^b—49^b enumerantur decimæ diœcesis Varadiensis.

[1] Editæ in Mon. Vaticanis Hung. serie I. vol. II. p. 464—472.

[2] Editus apud Theiner, Mon. Poloniæ I. p. 139—145.

[3] Folii 39. prior pagina vacua mansit.

[4] Photographica tabula exhibet elenchi decimarum folium 40*a*. diœcesis Varadiensis, cuius textus p. 43—47. huius voluminis legi potest.

Dimidia pars fol. 39 cum iniuria temporum interierit, initii elenchi fragmenta tantum habentur; dehinc inferiores margines paginarum præ corruptione dissolvi incipiunt.

b) Fol. 48^a—59^a dicœcesis Transsilvaniensis. Margines paginarum corrumpi pergunt.

c) Fol. 59^b—63^a dicœcesis Chanadiensis.

d) Fol. 63^b—66^a col. I. dicœcesis Zagrabiensis.

e) Fol. 66^a col. II.—66^b dicœcesis Bosnensis. Paginæ isthic maxime sunt laceræ.

f) Fol. 67^a—68^b dicœcesis Colocensis, hinc inde quædam positiones ex Syrmiensi.

g) Fol. 69^a—86^b archidicœcesis Strigoniensis, interdum positiones ex dicœcesibus Vaciensi, Agriensi, Quinqueecclesiensi, partim etiam ex Nitriensi et Jaurinensi.

h) Fol. 87^a vacat.

i) Fol. 87^b—101^b dicœcesis Quinqueecclesiensis. Cum fol. 89 desinit laceratio, ob quam totæ nonnunquam columnæ legi non possunt. Ab hinc paginæ iam integræ sunt.

k) Fol. 102^a vacat.

l) Fol. 102^b—114^b dicœcesis Agriensis.

m) Fol. 115^a—120^b dicœcesis Vesprimiensis.

n) Fol. 121^a, 122^a—123^b continentur additionum summæ et relationes de pecuniarum erogatione et administratione.

Præter manuscriptum magni elenchi decimarum, commemorandum est etiam minus quoddam protocollum, decimas archidicœcesis Strigoniensis complectens, et quædam alia, quæ in magno elencho desunt; exhibet vero rationes RAYMUNDI de BONOFATO in Hungaria mortui, idest consignationes decimarum ab ipso collectarum nec non expensarum in itinere factarum. In quo fasciculo archivi Vaticani formæ folii angustioris, foliis constante 96, *«Rationes collectoriæ Nr. 184»* inscripto hæc continentur:

Fol. 5. Nonnullæ positiones de expensis collectorum cum irent in Hungariam factis.

Fol. 11. Enumeratio dicœcesium regni Hungariæ et aliquot beneficiorum *vacantium*, quorum fructus de primo anno colligere a Papa etiam iussi sunt.

Fol. 13—38. Elucubratio ex Iure Canonico.

Fol. $44.^a$ Aliquot positiones computi ex dicœcesi Vaciensi.

Fol. 44^{b}—58^{b}. Decimæ diœcesis Strigoniensis.
Fol. 59^{a}—78^{a} vacant.
Fol. 78^{b}—79^{b}. Continuatio decimarum diœcesis Strigoniensis.
Fol. 80 —88 vacant.
Fol. 89 —96. Finis decimarum diœcesis Strigoniensis.

Parvus iste fasciculus nobis conservatus plurimi est faciendus. Ex illo enim non tantum ea, quæ in elenchi fol. 69—80 valde violatis desunt, aut quorum fragmenta tantum reperiuntur, complere possumus, sed etiam errores, omissiones in magno decimarum elencho occurrentes indicare.

Certum est decimas a RAYMUNDO collectas esse ex ipsius consignatione nobis fortuito casu conservata transscriptas in elenchum seu ex fasciculo modo recensito. Satis fuerit vel obiter inspexisse elenchum decimarum archidiœcesis Strigoniensis, a nobis, adnotata amborum manuscriptorum discrepantia, publicatum, ut appareat, ubi scriptor elenchi errorem commiserit in transcriptione locorum nominum, quorum maxima pars ignota erat viro alieni labii, elenchum transscribentis. Is cæterum unice sollicitus erat, ut quantitas collectæ pecuniæ rite consignaretur, non vero locorum nomina; quo factum est, ut fidelem locorum transscriptionem neglexerit. Ideo e. gr. ubi debuit scribere *Belus* ibi scripsit *Delna*, ubi *Prinsdorfi* ibi *Puster*, ubi *Gualanta* ibi *Salanta*, ubi *Bitsa* ibi *Puta*, ubi *Trinsinio* ibi *Stionihino*, ubi *Dubova* ibi *Duledi*, ubi *Reychan*, ibi *Bexim*, ubi *Naswoti* ibi *Vaskan* etc. Etiam circa nomina personarum admisit satis multos errores, e. gr. loco *Simeon* scripsit *Syuerius*, loco *Vitus* scripsit *Lucas*, loco *Pasca* scripsit *Idosca*, loco *S. Miguelis* scripsit *Sancti Mathei*, loco *Tatamerius* scripsit *Cotardus*, loco *Guillelmus* scripsit *Guraldus*, loco *Ricardus* scripsit *Rudolphus*, loco *Jacobus* scripsit *Nicolaus* etc. Immutata sunt recta locorum nomina iam in manuscripto RAYMUNDI, cuius consignatio confecta est iuxta rationes subcollectorum a se constitutorum; hi quidem linguæ regni gnari ad mormam antiquæ orthographiæ fors rite nomina locorum scripserunt, ast RAYMUNDUS linguæ ignarus iam ea corrupta in suum elenchum transscripsit, a tertio ammanuensi iterum corrumpenda.

Ex iterata descriptione nominum locorum, a viris linguæ nostræ usum non habentibus facta, orta est eorum forma corrupta, et pristinam formam restituere volentibus summa difficultas. Sæpe ratio corruptionis nominum petenda est ex permutatione characterum similium, e. gr. quando scriba *ſ* permutat cum *l*, scribens *Nirpaſi* loco *Nirpali;* initiales *B* cum *R*, e. gr. scribens *Buhd* loco *Ruhd*; initiales *G* cum *S*,

e. gr. *Gauli* loco *Sauli;* initiales *S* et *B*, e. gr. *Sarand* loco *Barand*; initiales *M* et *B*, e. gr. *Mezermen* loco *Bezermen* etc. Sæpe occurrit *i* loco *r*, *b* loco *k*, *ni* loco *m*, *n* loco *u*, *i* loco *c* et vice versa etc. Est aliquid singulare, quod nomen loci incipiens cum *De* scribatur accipiendo primam syllabam pro præpositione, sic e. gr. occurrit *de Brecen* (Debrecen), *de villa Rechke* (Derecske), *de Eswar* (Deésvár) etc. Quamvis nonnulli errores huiusmodi consequenter sæpius repetantur, generatim tamen scriba in erroribus commissis ita est inconsequens, ut regula rectæ lectionis inveniendæ aut erroris detegendi statui minime possit. Hæc animadversio pro illis sit, qui errores infra in textu elenchi occurrentes a nobis fideliter reproductos forte mirentur.

Cum huius monumenti tanti ponderis *prima completa* editio modo prodeat in publicum, æquum est, ut memoriam recolamus eorum, qui ad illud attentos reddiderunt eruditos.

Josephum Koller, scriptorem historiæ Episcopatus Quinqueecclesiensis dixerim primum, qui hunc pretiosum fontem penitius noverit. E commissione sui Episcopi Georgii Klimó in secreto archivo Vaticani scrutationi intentus forte hunc ibi elenchum invenit et maiorem eius partem transscripsit; copia asservatur in bibliotheca episcopali Quinqueecclesiensi. Cum historiographi sui ævi huius elenchi notitiam obtinuissent, quævis dicœcesis satagebat copiam satis ampli elenchi, a Josepho Koller iam iam pro editione parati, sibi procurare. Copiam e sæculo præterito habuit bibliotheca Batthyányana Albæ-Juliæ;[1] in archivo capituli Agriensis duo exemplaria habentur, quorum alterum Josephi Garampi tunc temporis archivarii Vaticani subscriptione est munitum. Completus elenchus asservatur in bibliotheca universitatis Budapestinensis in collectione copiarum Prayana.

Pretiosi monumenti editio tamen moram habuit. Josephus Koller copiam eius communicavit historiographis sui temporis, nominatim etiam Georgio Pray, qui occasione arrepta partem eius cuidam suo operi mox publicando inseruit, et decimas Vesprimienses publicavit nulla fontis mentione interiecta.[2] Koller id ægre tulit, nec iniuriam sibi illatam dissimulavit. Post duos annos Georgius Pray in alio opere — consentiente iam ipso Koller — publicavit partes aliquas decimarum Colocensium et Varadiensium, et simul licentiam prioris publicationis excusavit.[3]

[1] Postea periit.

[2] Pray, Diatribe in dissertationem historico-criticam de S. Ladislao Hungariæ rege 1777. p. 232—264.

[3] Pray, Specimen Hierarchiæ 1779. II. p. 23—28. vulgat fragmenta de decimis Colocensibus, p. 139—149. vero de Varadiensibus; in fronte posteriorum talis nota legitur: «Communicavit hæc

Decimas Varadienses ex editione Prayana in suam historiam Episcopatus Varadiensis transsumpsit etiam JOSEPHUS ALOYSIUS KERESZTURI.[1] Ipse KOLLER, qui elenchum detexerat, tantum pluribus annis elapsis publicavit decimas diœcesis Quinqueecclesiensis.[2] In editionibus recentioribus memoranda est FRANCISCI BALÁSSY curis facta, qui ex copia in archivo capituli Agriensis asservata publicavit elenchum decimarum diœcesis Agriensis.[3] His omnibus completior est editio AUGUSTINI THEINER[4] ad omnes diœceses se porrigens; quia vero specimina tantum elenchi publicat, in multis errat multaque absque ulla ratione omittit, ideo necessitas iam ab annis aderat melioris, completæ et ab erroribus (in quantum fieri poterat) immunis editionis. Editio elenchi decimarum accurata et completa fructus feret uberrimos in agro præsertim antiquæ topographiae et historiae ecclesiasticae; ulterius proin non erat differenda.

His magni elenchi decimarum manuscriptum, materiam, et generatim fata collectionis decimarum a concilio Viennensi decretarum enarravimus. Cætera apud commentatores elenchi in huius voluminis alia parte reperies.

IV.

Iam innuimus JACOBUM BERENGARII munere sibi iniuncto a JOANNE P. XXII. non recta conscientia nec accurate functum esse; eundem reatum vel saltem eius suspicionem incurrisse videtur etiam JACOBUS de LENGRES in locum defuncti RAYMUNDI de BONOFATO missus. Negari non potest collectionis decimarum, et incassationis restantium notabilium pecuniarum curis per annos imo per plura decennia fuisse implicatam aulam papalem.

GALHARDUM de CARCERIBUS præpositum Titeliensem, qui qua «clericus diœcesis Caturciensis» ex mandato JOANNIS P. XXII. ab initio anni 1334. præfuerat collectioni decimarum in Polonia,[5] BENEDICTUS P.

---

mihi RR. D. Josephus Koller canonicus Quinqueecclesiensis, qui de decima pontificia opus molitur. Quare *si forte ferret ægre*, quod decimam diœcesis Vesprimiensis *illo inconsulto* vulgavi, *factum infectum volo.*»

[1] Keresztúri, Compendiaria descriptio fundationis ac vicissitudinum episcopatus et capituli Varadinensis. 1806. I. p. 179—184.

[2] Koller, Historia episcopatus Quinqueecclesiarum II. 1782. p. 356—460.

[3] In schematismo a. 1863. archidiœcesis Agriensis, et etiam separate «Regestrum decimarum papalium sexennalium diœcesis Agriensis de annis 1333, 1334 et 1335. Agriæ 1863.» titulo.

[4] Theiner, Vetera Monumenta Hungariæ I. p. 556—588.

[5] Theiner, Mon. Poloniæ I. p. 354.

XII. decreto 27 Mart. anni 1337 in Hungariam delegavit, ut perturbationem in collectione ortam, quominus rationes ad Papam mitterentur, impedientem tolleret, et ut collectio ex ordine procederet, efficeret.[1] Eadem die Papa collectioni consulturus duobus collectoribus fungentibus in persona GALHARDI addidit tertium iisdem iuribus præditum, facta ei potestate etiam soli, quaslibet decimas colligendi. Cum ei talia committerentur, non sunt revocata, quæ ei commissa fuerant in Polonia; GALHARDUS igitur eodem tempore collector decimarum erat in duobus regnis.

Eadem die aliis duobus legatis mandatum est, ut omnes libros rationum, epistolas datas et acceptas GALHARDO inspicienda exhiberent, hunc de toto negotio edocerent, ipsi vero ad Papam properarent collectas pecunias et rationes collectorias ei traditurі.[2]

Novo collectori munus suum nondum auspicato Papa socium dedit PETRUM GERVASII antea Vivariensem dein Aniciensem canonicum 6. Mart. a. 1337, quo factum est, ut eodem tempore quatuor Papa haberet in regno collectores decimarum. Tres priores iussi sunt cum novo socio omnia communicare; rex vero et regina, atque Archiepiscopus Strigoniensis litteris a Papa excitati sunt ad collectionem et expeditionem pecuniarum in regno adhuc restantium promovendam.

Istæ pecuniæ mox a collectoribus erga reversales tradendæ erant procuratoribus domus mercatoriæ Florentinæ Azayaliorum, Venetiis degentibus.[3]

GALHARDUS e Polonia festinans advenit in Hungariam 22. Jul. a. 1337; ast ob tumultus in Polonia ortos, in quibus fructus plurium annorum magno labore a se collecti ferme perierunt — quemadmodum apud Papam conqueritur[4] — 6. Jul. a. 1338 redire est coactus; idcirco post aliquot menses tantum potuit negotium in Hungaria sibi commissum prosequi.

PETRUS GERVASII, iam ante annum legatus nominatus, 2. Maii anni 1338 profectus est Avenione; iter suum non per Italiam faciebat, sicut antecessores, sed per septentrionem orientalem, ita ut apud Posonium exeunte mense Junio intraret in Hungariam. Posonio se contulit Strigonium, ubi audivit socium suum interim in Poloniam abivisse. Nuntium ergo ad illum misit, qui eum rogaret, ut secum de certo aliquo loco conveniret, ubi informatione data mutuo consilio, quæ sibi

[1] Theiner, Mon. Hungariæ I. p. 612.
[2] Theiner, ibidem I. p. 612—613.
[3] Theiner, ibidem I. p. 615—616.
[4] Theiner, Mon. Pol. I. p. 416.

agenda essent determinarent. Strigonium, dum ibi moraretur, citavit JACOBUM BERENGARII et JACOBUM de LENGRES, ut quæ Papa statuisset acciperent. Visegradini 1. Sept. eiusdem anni PETRUS GERVASII GALHARDUM convenit, ibique mutuo consilio statuerunt, quæ sibi agenda essent.[1] Huius mutui consilii necessitas magna erat, nam secus alio post alium in Poloniam avocato, eorum operationes non potuissent — prout res exigebat — ab invicem independentes et tamen conformes esse.

Interea Papa in causa collectionis decimarum et in favorem legatorum continuo literas in patriam nostram mittebat; initio anni 1338 ad episcopos regni universos scripsit, mox 6. Febr. iterum regem et reginam est literis hortatus, ut pecuniarum securam transportationem libere fieri permitterent.[2] Probabiliter his Papæ literis adductus rex CAROLUS 13. April. a. 1338 universo clero Hungariæ publicavit decretum, quo STEPHANUM lectorem ordinis fratrum Prædicatorum dederit socium legato Papæ, ut invigilaret functioni legati, reapse autem ut tertiam partem regi competentem e collectis decimis detraheret.[3]

Quæ cum facta essent, GALHARDUS et ei superveniens socius pacifice poterant colligere decimas de sex annis adhuc insolutas et recipere pecunias a prioribus collectoribus collectas, quas eis JACOBUS BERENGARII et JACOBUS de LENGRES, item subcollectores NICOLAUS de SZATMAR et JOANNES de AGRIA erga reversales etiam tradiderunt.[4]

His non obstantibus Papa etiam post tot irritos conatus non destitit urgere priores collectores decimarum, ut prout ipsis mandasset, coram se comparerent, et rationes collectorias ei exhiberent. Die 5. Febr. anni 1338 acerbe eis exprobrat, quod contra suum mandatum in aula papali non comparuissent, nec GALHARDO necessariam informationem dedissent, adeo ut hic tempus inaniter terere cogeretur; mandavit ergo illis, ut in hac re novo nuntio PETRO GERVASII facerent satis, nisi maluerint rigorem suum experiri.[5]

Neque hoc mandato Papa, quod voluerat, obtinuit. JACOBUS de LENGRES mense Aprili anni 1339 vita decessit, antequam rationem reddere potuisset, eius postumam substantiam PETRUS GERVASII occupavit.[6]

In hac causa 21. Aug. a. 1339 novum Papæ decretum est expedi-

[1] Theiner, Mon. Pol. I. p. 419—420.
[2] Theiner, Mon. Hung. I. p. 620.
[3] V. infra p. 410—411. Hoc documentum editum est: Pray, Diatribe, præfatio; Katona Historia crit. IX. p. 136—137. Fejér, Cod. dipl. VIII. 4. p. 319.
[4] Cf. præter ipsorum rationes, infra p. 403. et seqq.
[5] Theiner, Mon. Hung. I. p. 619.
[6] V. infra p. 421.

tum ad duos posteriores decimarum collectores, quo eis facultatem tribuit inquirendi in substantiam JACOBI BERENGARII et defuncti JACOBI de LENGRES, eo quod postpositis iteratis Papæ mandatis rationes de collectis pecuniis exhibere omisissent; insuper cognoscendi apud quem, et quantam pecuniæ summam depositam haberent, adigendique JACOBUM BERENGARII et alios etiam brachio sæculari ad confitendum.

Monuit dein Papa collectores, ut tamquam apostolici legati auctoritate sua Archiepiscopum Strigoniensem permoverent ad tradendas sibi pecunias per JACOBUM de LENGRES, prout sibi relatum esset, apud eundem Archiepiscopum depositi instar custoditas, quas sibi tradi PETRUS GERVASII semel iam frustra petiisset.[1]

Ab hoc tempore fructuum beneficiorum vacantium et decimarum residuarum collectioni nullum videtur fuisse oppositum alicuius momenti impedimentum. Collectionem prosequendi potestatem Papa 29. Mart. a. 1340 legatis denuo confirmavit,[2] eam autem ex ordine absque ullo impedimento fuisse continuatam testatur facultas a Papa ambobus legatis concessa, omnes, qui ob contumaciam aut decimarum denegationem excommunicati fuissent, postquam quod deberent præstiterint, absolvendi.

In causa inobedientis JACOBI BERENGARII ultimum Papæ mandatum ad legatos 14. Mart. a. 1340 expeditum est, quo eum, quod post repetita monita, quæ ei præcepta essent, negligeret adimplere, ut determinato tempore coram se compareret, citari iussit.[3] Quandonam toties admonitus hic legatus suas rationes cameræ apostolicæ transmiserit, nescimus; transmisisse autem — quamvis iusto serius — rationes ipsius hoc volumine publicatæ testantur.

GALHARDUS et PETRUS GERVASII coniunctim collectioni operam dederunt usque ad exitum anni 1341; summa pecuniarum tum ex decimis a concilio Viennensi decretis tum ex fructibus vacantium beneficiorum collecta adeo notabilis fuit, ut Papa studio ipsorum contentum se esse GALHARDO declaraverit.

Die 21. Oct. a. 1341 Papa GALHARDO mandavit, ut negotio decimarum in Hungaria bene composito ad se properaret de statu rerum relaturus et de mandatorum acceptorum exsecutione cameræ rationem daturus.[4] GALHARDUS Pontifici cito morem gessit, vicemque officii, atque præmium fervoris et laborum recepit promotionem ad dignitates ecclesiasti-

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 631—632.
[2] Theiner, ibidem I. p. 634.
[3] Theiner, ibidem.
[4] Theiner, ibidem I. p. 643.

cas mox factam. Avenione qua Episcopus Chanadiensis rediit anno 1344;[1] eodemque tempore CLEMENS P. VI. ei negotium decimarum denuo commisit, atque ut illud ad exitum perduceret, mandavit.[2]

Quomodo in eadem provincia hac vice versatus sit, nescimus; videtur tamen Papa eius agendi rationem probasse, nam sequenti anno fuit iam Episcopus Vesprimiensis,[3] anno autem 1348 translatus est ad Archiepiscopatum Brundusinum.[4]

PETRUS GERVASII socio paulo diutius moratus est in patria nostra; cuius commorationis vestigia in consignatione expensarum Papæ missa plura reperimus.[5] Enim vero scimus, postquam Visegradini 21. Sept. a. 1338 GALHARDUM salutasset, ivisse eum in Poloniam, indeque initio anni sequentis rediisse; die 29. April. anni 1339 fuisse Agriæ, ibique accepisse nuntium JACOBUM de LENGRES alterum priorum collectorum Quinqueecclesiis obivisse; hoc nuntio accepto Agria profectum esse, et 30. April. pervenisse ad Hatvan, 12. Maii Quinqueecclesias, hic autem pertractationi rerum relictarum defuncti, quas cameræ apostolicæ devinxerit, fuisse diutius intentum; 16. Junii iterum abivisse in Poloniam, ibique in causa inter regem Poloniæ et magistrum ordinis S. Mariæ Teutonicorum agitata arbitrum egisse, in Polonia eadem causa usque diem 1. Nov. detentum; post suum reditum ob sparsum rumorem de irruptione Tartarorum in Poloniam, indeque natum etiam in Hungaria pavorem maxime portandis in tutum locum pecuniis collectis adlaborasse; Zagrabia, ubi moras traxerit, literas in causa decimarum et beneficiorum vacantium quaquaversus misisse. Quid autem egerit, ubi versatus sit annis 1340—1341, cum præter positiones solutarum pecuniarum in rationibus de hoc tempore vix aliquid legamus, distinctius enarrare non valemus.

Quod vice sua fungi cessavit, non revocationi pontificiæ, sed morbo regis CAROLI gravissimo est tribuendum. Igitur 19. Maii a. 1342 resciens regem graviter decubuisse, veritus, ne morte regis forte turbata securitate periclitarentur pecuniæ in notabili quantitate collectæ, statuit e regno discedere. Et revera die 20. Jun. per Kapronczam iussit se duci Crisium, hinc per Modrusium Segniam (Zengg), quo 28. Jun. pervenit. Venetias navibus venit; residuum iter via trita per Ferraram, Januam, Niciam et Mo-

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 671.
[2] Theiner, ibidem I. p. 675—676.
[3] Theiner, ibidem I. p. 679.
[4] Theiner ibidem I. p. 752.
[5] V. infra pp. 432. et seqq.

nachum fecit, tandem die 2. Oct. aspera etiam itineris perpessus pervenit Avenionem. In Hungaria ergo officio suo fungebatur a die 2. Maii anni 1338 usque ad præfatum diem, demptis 267 diebus in Polonia consumptis. Labores eius in Hungaria impensi redempti sunt a Pontifice unius et dimidii floreni aurei diurni mercede.[1]

Ambo legati papæ distinctam consignationem decimarum a se collectarum confecerunt; unde pariter elucet eos ab invicem independentes fuisse in suo officio. Harum rationum copiam ab uno ex officialibus cameræ apostolicæ confectam asservat archivi Vaticani manuscriptum, cui titulus: «*Rationes collectoriæ Nr. 180.*»[2]

Hoc manuscriptum chartaceum 30 cm. altitudinis et 22 cm. latitudinis habet 84 folia, et continet rationes pecuniarum etiam in Polonia a præfatis viris collectarum. Voluminis tantum quædam (videlicet 58—62, 68—69, 70—74, 75—77, 79—82) folia exhibent positiones patriam nostram concernentes.

V.

Duobus annis a terminata modo enarrata collectione elapsis CLEMENS P. VI. (3. Maii a. 1344.) ARNOLDO de la CAUCINA (Calcina) Titeliensi mox Cracoviensi canonico (scholastico Cracoviensi) commisit collectionem omnium pecuniarum restantium, quæ titulo decimarum a concilio Viennensi decretarum in Hungaria et Polonia de sex annis adhuc debebantur, mandavitque, ut in Polonia collectiones alio etiam titulo institueret.[3] Eodem tempore potestas ipsi data est exigendi rationes a subcollectoribus per GALHARDUM aut alios Papæ legatos constitutis. Ut autem ista ad effectum adducerentur, in favorem legati Papa literas dedit ad regem LUDOVICUM, reginam eius matrem et ad duos regni Archiepiscopos.[4]

ARNOLDUS per decennia erat legatus Papæ in istis duobus regnis, brevi tantum tempore excepto quo circa annum 1359—1360 vice ipsius functus est JOANNES de CAPRASPINA (Cabiespino) Narbonnensis canonicus.

Officio suo in patria nostra fungi cœpit anno 1345. Qualis fuerit

[1] V. infra p. 437. Idem publicatum ex registris pontificiis apud Theiner, Mon. Hung. I. p. 621.

[2] V. infra rationes Galhardi de Carceribus p. 410—418, Petri Gervasii p. 418—437. Istarum rationum Theiner, ut ita dicam, tantum fragmenta vulgavit, rationes nec Galhardi Mon. Hung. I. p. 625—627, nec Petri Gervasii I. p. 635—637 retulit completas.

[3] Theiner, Mon. Hung. I. p. 668, et Mon. Pol. I. p. 471.

[4] Theiner, Mon. Hung. I. p. 669.

effectus collectionis decimarum restantium in Hungaria, monumenta nobis conservata non indicant;[1] fructibus tamen collectionem non caruisse liquet e mandato Papæ 2. Jun. a. 1348, quo ei præcipit, ut pecunias in duobus regnis collectas apud commissarios domus mercatoriæ MAYABALA Astensis deponeret.[2]

Bulla INNOCENTII P. VI. die 17. Dec. anni 1357 data nos docet a CLEMENTE P. VI. ei non tantum collectionem pecuniarum titulo decimarum debitarum commissam fuisse, sed etiam fructuum vacantium beneficiorum Papæ reservatorum etquidem de uno anno; qui cameræ apostolicæ essent transponendi.[3] Conservatas rationes horum tantum habemus.

Papa per ARNOLDUM horum beneficiorum fructus per quatuor annos 1350—1354 colligi sibi iussit et summa perceptæ pecuniæ 4739 florenorum fuit.[4] Huius per diœceses enumerationem continent rationes ARNOLDI.[5]

Legationis ARNOLDI periodus prima videtur ultra decennium excurrisse, atque hoc tempore præter diversarum pecuniarum collectionem alia quoque e mandato Papæ negotia gessit. Nimirum INNOCENTIUS P. VI. die 23. Aug. a. 1355 ei mandavit, ut in Hungaria et Polonia ordines exemptos S. Benedicti, S. Augustini, Clunyacensium, Cisterciensium et Præmonstratensium subiiceret inspectioni, atque ubi opus fuerit reformaret.[6] 17. Dec. a. 1357 eum revocavit præcipiens ei, ut una cum libris et rationibus quo citius ad se veniret, si quæ autem forte peragenda adhuc essent, ea subcollectoribus committeret. Aliquot diebus post, 27. Dec. ARNOLDO instructio missa est de collectis pecuniis deponendis.[7]

---

[1] Archivi Vaticani manuscriptum «*Rationes collect. Nr. 25. de arm. XXXIII.*» inscriptum, cuius verba introductoria infra p. 438. in nota vulgamus, et quod collectionis fructus de his annis continet, tantum de collectionibus in Polonia peractis habet rationes.

[2] Theiner, Mon. Hung. I. p. 764. et Mon. Pol. I. p. 516.

[3] Theiner, Mon. Poloniæ I. p. 584.

[4] V. infra p. 451. Idem est fructus in quibusdam brevibus rationibus, in quibus annis 1345—1359 in Hungaria et Polonia collectæ pecuniæ enumerantur: «Item computat recepisse de fructibus primi anni beneficiorum ecclesiasticorum collatorum per Sedem Apostolicam in civitatibus et diœcesibus Strigoniensi, Colocensi, Transilvaniensi, Quinqueecclesiensi, Sirmiensi, Zagrabiensi, Vaciensi, Wesprimiensi, Agriensi, Waradiensi, Cenadiensi, Nitriensi, Jauriensi, Boznensi, diversis diebus et annis IIII^or. DCCXXXIX. flor. auri.» Theiner, Mon. Pol. I. p. 482.

[5] V. infra p. 438—451.

[6] Theiner, Mon. Poloniæ I. p. 359.

[7] Theiner, Mon. Pol. I. p. 584—585.

VI.

Nescimus, utrum ARNOLDUS mandato Papæ stricte obediverit, an vero procuratorem tantum Avenionem miserit; certum vero est, eum paulo post iterum in Hungaria esse versatum, ita tamen ut plurima officii sui impedimenta offenderit.

Circa annum 1359 videtur Papa vices ARNOLDI demandasse JOANNI de CAPRASPINA canonico Narbonnensi, qui tamen oppositum habuit LUDOVICUM regem, collectionem pecuniarum prohibentem. Universæ namque ecclesiæ regni Hungariæ ex decreto CLEMENTIS P. VI. die 15. Jul. a. 1352 dato decimas quorumvis proventuum usque ad quadriennium debuerunt solvere regi, ut hic validiori manu Tartaris regno imminentibus occurrere posset: hinc absque dubio regis oppositio.[1] Intererat scilicet regis LUDOVICI impedire, quominus sibi concessæ istæ decimæ tributo alterius generis eisdem beneficiis imposito periclitarentur. Ita accipiendæ sunt quærelæ URBANI P. V. in literis die 2. Maii a. 1363 ad regem datis. Se intellexisse — ait — e relatione JOHANNIS de CAPRASPINA sui quondam in regno Hungariæ nuntii regem LUDOVICUM tum per se tum per palatinum NICOLAUM interdixisse, sicut huic, ita et ARNOLDO de CALCINA scholastico Cracoviensi collectionis pecuniarum in favorem cameræ apostolicæ continuationem; rogare itaque regem, ut mandatum suum huiusmodi revocaret, et ARNOLDO commissa exsequi permitteret. In hoc negotio scripsit Papa etiam Archiepiscopo Strigoniensi iniungens ei, ut regis animum in sua vota inclinaret.[2]

Papa totus in eo erat, ut impedimenta collectionis in Hungaria tollerentur, eo magis, quia propter ærarii amplissimo regimini vix sufficientis novas temporum iniquitate adductas necessitates, auxilia meditabatur novorum tributorum, antequam priorum peractum esset negotium. Iam 27. Jun. a. 1363 declaravit regi se a BARNABA de VICECOMITIBUS (Visconti) tyranno Mediolanensi in angustias adductum novarum decimarum onus omnibus beneficiis ecclesiasticis impositurum ad hostis audaciam reprimendam.[3] Rex

[1] Theiner, Mon. Hung. I. p. 815.
[2] Theiner, Mon. Hung. II. p. 54—55.
[3] Theiner, ibidem p. II. 56.

Ludovicus non eo erat animo, ut in id consentiret, ecclesiasque regni sui toties gravatas defendit; propterea anno demum 1372 die 15. Aprilis misit Gregorius P. XI. nuntium ad hoc negotium gerendum in Hungariam.[1]

Novum onus, quod Papa ecclesiis imponere meditabatur, non erat aptum ad currentis iam collectionis negotium promovendum. Idcirco Urbanus P. V. 29. Febr. a. 1364 denuo atque vehementius regem, ut suum decretum, clerum a solvendis beneficiorum ecclesiasticorum decimis prohibens, revocaret, interpellat exprobrans ei continua impedimenta, cum quibus collectoribus decimarum colluctandum esset in Hungaria, cum in aliis regnis christianis prompte et pacifice solutiones decretarum pecuniarum fierent.[2]

Sequenti anno (11. Jun. a. 1365) Papa amice Ludovicum admonuit, ut suos collectores in regno morantes libere in negotio sibi commisso versari permitteret. Idem etiam reginæ-matri et Archiepiscopo Strigoniensi commendavit.[3]

Secunda periodus gesti ab Arnoldo officii a. 1359—1363 duravit; his annis probabiliter facta est prohibitio regis iterata impediens eum, quominus collectionem prosequeretur. Fructuum hoc tempore collectorum brevem tantum consignationem habemus ab Arnoldo Johanni de Capraspina canonico Narbonnensi suo in legatione quondam socio rationum instar exhibitas.[4] Uti ex ea liquet, intra quatuor annos e reservatis Papæ in regno Hungariæ beneficiis circa 1519 florenos percepit, his 839½ velut probabiliter percipiendos adiunxit; summa ista multo inferior est in prima periodo collecta.

Has rationes, quæ modo memoratas pecunias in Hungaria collectas recensent, continet manuscriptum archivi Vaticani sub titulo: «*Rationes collectoriæ Nr. 181.*», cæterum maxima ex parte collectiones in Polonia factas exhibens. Codicis in charta scripti, 232 folia, 30 cm. altitudinis et 21 cm. latitudinis habentis, a pluribus exarati, nostram patriam respiciunt fol. 117—126, quibus annis 1350—1354 vacantia beneficia ecclesiastica enumerantur, et fol. 145—150, quibus collectionis annis 1359—1363 factæ brevis consignatio refertur; cætera Poloniam concernunt. Summarum per partes enumeratio probabiliter facta est a legato Papæ in aliis suis libris, quorum «*ut in libro apparet*» verbis fit frequens allegatio.

[1] Theiner, Mon. Hung. p. II. 114.
[2] Theiner, ibidem II. p. 60.
[3] Theiner, ibidem II. p. 72—73.
[4] V. infra p. 452—453.

VII.

ARNOLDO de la CAUCINA 10. Maii a. 1371 a GREGORIO P. XI. demandata soli est in Hungaria et Polonia tota colligendarum pecuniarum provincia, cæteris omnibus, qui aliqua potestate interim instructi fuissent, revocatis.[1] ARNOLDUS tamen brevi postea morte ampliori suo muneri præreptus est. In eius locum Papa 10. Maii a. 1372 PETRUM STEPHANI archidiaconum de Szabolcs in ecclesia Agriensi suffecit et in patriam misit cum mandato, ut fructus beneficiorum ecclesiasticorum Papæ reservatorum colligeret; de hoc certiorem fecit regem et reginam-matrem,[2] paulo post autem diebus 12. et 21. Oct. rogavit regem et Archiepiscopum Strigoniensem, ut suo legato omne auxilium præstarent.[3]

E rationibus PETRI STEPHANI[4] apparet, hunc dupplici ex causa fuisse in patriam nostram missum: tum ut beneficiorum ecclesiasticorum decimas verosimiliter ab URBANO P. V. ad reprimendos tyrannos de VICECOMITIBUS ad triennium decretas reciperet, tum ut fructus de uno anno vacantium beneficiorum ecclesiasticorum inde a temporibus CLEMENTIS P. VI. sedi apostolicæ reservatorum colligeret. Utrumque negotium prospere expedivit.

Unde facta ratione de predictis receptis ad prefatas quantitates mutuatas pro factis regni Sicilie, apparet, quod restant de prefatis decimis Ungarie, Polonie et Sclavonie.

II.

1317—1320.

Rationes Rufini de Civinio, nuntii Johannis Papæ XXII. collectoris fructuum primi anni beneficiorum vacantium in regno Hungariæ.

(Tabularii Vaticani Codex sæc. XIV. Ration. collect. N. 183. Arch. Aven. fol. 14—18.)

In nomine Domini amen. Notum sit omnibus, quod ego Rufinus de Civinio olim archidiaconus Tollensis in ecclesia Quinqueecclesiensi, nuncius a sanctissimo patre et domino nostro domino Johanne divina providentia papa XXII. ad partes regni Ungarie pro collectione fructuum primi anni beneficiorum vacantium in Strigoniensi et Colocensi civitatibus, diocesibus et provinciis infra triennium per ipsum dominum nostrum camere sue reservatorum et pro recuperatione certarum pecunie quantitatum bone memorie domino fratri Gentili tituli sancti Martini in Montibus presbytero cardinali dudum in partibus illis apostolice sedis legato pro suis procurationibus debitarum [1] specialiter destinatus, recedens de Avinione intravi dictum regnum Ungarie die XXII. mensis Octobris apud Zamber Zagrabiensis diocesis anno nativitatis Domini MCCCXVII. et dictum regnum exivi die XII. mensis Martii presentis anni MCCCXX. Et cum in dictis civitatibus et diocesibus ac provinciis non essent beneficia taxata ad decimam, dictus dominus noster post primam commissionem . . . archiepiscopis et . . episcopis ac michi in civitatibus, diocesibus et provinciis factam, super recollectione fructuum predictorum novam commissionem fecit archiepiscopis et episcopis ac michi predictis, videlicet quod medietatem fructuum beneficiorum vacantium ultra VI. marchas argenti valentium annuatim pro camera sua reciperemus et aliam beneficiatis dimitteremus, pro ipsorum beneficiorum oneribus supportandis. Unde ego, quam melius potui, executus fui mandatum domini pape predicti, et hic inferius scripsi omnia beneficia vacantia, quorum notitiam habere potui, que ibidem infra dictum triennium vacaverunt et extimationes fructuum beneficiorum ipsorum ac persolutiones per me receptas de fructibus supradictis.

---

1 V. Rationem de procurationibus cardinali Gentili debitis Mon. Vat. Series I. Tom. II. Appendix III.

In primis sciendum est, quod . . . archiepiscopus Strigoniensis habet VI. suffraganeos videlicet

Jauriensem Vesprimiensem Quinqueecclesiensem Agriensem Quaciensem *(sic)* et Nitriensem	episcopos suffraganeos archiepiscopi Strigoniensis.

Item . . archiepiscopus Colocensis habet VI. alios suffraganeos tantum, videlicet

Transilvaniensem Veradiensem Cenadiensem Zagrabiensem Boxniensem De Ku	episcopos suffraganeos archiepiscopi Colocensis

(Extimatio.)

Infrascripta beneficia vacaverunt in civitate et diocesi Strigoniensi, videlicet cantoria ecclesie Scipiensis *(sic)* [1] Strigoniensis diocesis, que vacavit semel infra dictum triennium, cuius fructus, diligenti inquisitione facta de ipsis, ascendebant duntaxat ad summam X. marcharum fini argenti ad pondus Budense, de quibus elegi medietatem pro domino nostro, videlicet V. marchas fini argenti, quarum quelibet valet quatuor florenos auri.

Quas quidem V. marchas dominus Henricus prepositus dicte ecclesie pro domino Christophoro cantore ipsius cantorie promisit solvere infra octavas purificationis beate virginis [2] anni nativitatis Domini MCCCXVIII. Et quas Nicolaus Demetrii famulus dicti prepositi pro ipso preposito anno Domini MCCCXVIIII. die quarta mensis Februarii solvit michi Rufino. Summa XX. floreni auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel plebes de Senizbanea [3] dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad XLVIII. marchas fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet XXIIII. marchas fini argenti, quorum quelibet valet IIII. florenos auri.

---

1 Scepusiensis.
2 9. Februarii.
3 Selmeczbánya (Schemnicia).

Quas quidem XXIIII. marchas dominus Nicolaus plebanus dicte plebis die IIII. Julii anno Domini MCCCXVIII. promisit solvere, medietatem videlicet infra festum omnium sanctorum tunc proxime futurum et residuum infra festum resurrectionis Domini[1]; et quia non solvit in ipsis terminis, fuit denuntiatus excommunicatus. Et tandem anno Domini MCCCXVIIII. die ultima mensis Aprilis presbiter Nicolaus rector ecclesie de Stupis solvit michi Rufino de dicta summa marcharum VIII. marchas; item postea anno Domini MCCCXX. die VIIII. Januarii Jacobus Ramadonis civis Budensis solvit michi predicto Rufino residuas XVI. marchas. Summa XXIIII. marche valentes LXXXXVI. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel plebes de Ghelnesbanea[2] dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XXVIII. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet XIIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri.

Quas precepi domino Sibotto plebano dicte plebis die III. Januarii anni Domini MCCCXVIIII. ut solveret infra quindenam beati Georgii tunc proxime futuri.[3] Et quia non solvit dicto termino, fuit denuntiatus excommunicatus. Et demum eodem anno die VI. Junii presbiter Petrus rector ecclesie de Compach[4] pro dicto domino plebano de dicta summa solvit michi Rufino V. marchas fini argenti. Item postea eodem anno die XXIIII. Augusti Henricus Marsilii de Sceniz pro dicto plebano solvit michi predicto Rufino residuas VIIII. marchas argenti. Summa XIIII. marche valentes LVI. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit ecclesia de Poton *(sic)* dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam VII. marcharum argenti, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet III. marchas et dimidiam Viennenses ad IIII^{C}. Viennenses pro marcha, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium auri, quas die X. Maii anni MCCCXVIIII. precepi Emerico rectori dicte ecclesie, ut solveret infra octavas beati Johannis Baptiste[5] ex tunc proxime futuras. Postea magister Stephanus mariscalcus et

---

1 1. Novembris a. 1318. et 8. Aprilis a 1319.
2 Gölniczbánya in comitatu Scepusiensi.
3 8. Maii.
4 Krompach in comitatu Scepusiensi.
5 1. Julii.

famulus domini Thome archiepiscopi Strigoniensis anni Domini MCCCXVIIII. die VIII. Septembris pro dicto rectore solvit michi Rufino dictas III. marchas et dimidiam dicti argenti, valentes XII. florenos et quartam partem unius floreni auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel plebes de Cibinio dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XXXVI. marcharum fini argenti ad dictum pondus Budense, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet XVIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Quam quidem plebem archiepiscopus Strigoniensis et ego accensavimus die XXVIIII. Octobris anni Domini MCCCXVIII. pro dictis XVIII. marchis domino Hermanno plebano ecclesie de valle sancte Agnetis et electo in plebanum dicte plebis de Cibinio, quarum medietatem promittit solvere infra octavas resurrectionis Domini et residuum infra festum assumptionis beate virginis[1]; postmodum vero anno Domini MCCCXVIIII. die XXVI. Novembris dictus dominus Hermannus solvit michi dicto Rufino dictas XVIII. marchas fini argenti valentes LXXII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel ecclesia de Montecivinii prepositure Cibiniensis dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XII. marcharum fini argenti, de quibus pro domino elegi medietatem, videlicet VI. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Quas VI. marchas dictus Hermannus electus in plebanum plebis de Cibinio pro domino Mathia rectore dicte ecclesie anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die XXVIII. Novembris solvit michi Rufino, que valent XXIIII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel ecclesia sancte Marie de Wert dicte prepositure Cibiniensis eiusdem diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam VI. marcharum fini argenti, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet III. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Quas quidem III. marchas dominus Johannes rector dicte ecclesie anno Domini MCCCXVIIII. die XXVIII. Novembris solvit michi Rufino, et sic valent XII. florenos auri.

[1] 15. Aprilis et 15. Augusti a. 1319.

(Extimatio.)

Item vacavit semel ecclesia de Helzmenia dicte prepositure Cibiniensis predicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam X. marcharum bannalium illius compute, computatis CLXXVI. bannalibus pro marcha, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet V. marchas banalium, quarum quelibet valet III. florenos auri. Quas quidem V. marchas dominus Henricus rector dicte ecclesie anno Domini MCCCXVIIII. die XXVIII. Novembris solvit michi Rufino, et sic valent XV. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel ecclesia de Bocholz dicte prepositure Cibiniensis prefate diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam VIII. marcharum banalium, CLXXVI. bannalibus pro marcha qualibet computatis, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet IIII. marchas, quarum quelibet valet III. florenos auri. Quas die XXVIII. mensis Novembris anni MCCCXVIIII. precepi Henrico de Bohalt patri presbiteri Herbordi rectoris dicte ecclesie, ut solveret infra tertiam feriam extunc proxime futuram[1] per totam diem. Postea vero eodem anno die VI. Decembris Johannes de Polonia pro dicto Herbordo solvit michi Rufino dictas IIII. marchas bannalium valentes XII. florenos auri.

(Extimatio subcollectoris.)

Item vacavit semel ecclesia de Fornod dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam VI. marcharum et II. fertonum Viennensium, prout Jacobus cantor Strigoniensis subcollector in civitate et diocesi Strigoniensi retulit, de quibus assignavit michi anno Domini MCCCXX. die XXI. Februarii III. marchas et unum fertonem Viennensem, computatis IIII^{C}. Viennensibus pro qualibet marcha, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium. Et sic est summa XI. floreni et VI. Boemini grossi de argento.

(Extimatio subcollectoris.)

Item vacavit semel ecclesia de Ultravag dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector solvit michi pro domino nostro nomine domini Landislai rectoris dicte ecclesie anno Domini MCCCXX. die XXI. Februarii II. marchas Viennenses, computatis pro qualibet marcha IIII^{C}. Viennen-

[1] 4. Decembris.

sibus, quarum quelibet valet tres florenos auri et dimidium. Et sic est summa VII. floreni auri.

(Extimatio subcollectoris.)

Item vacavit semel plebes seu ecclesia de Tirna dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector anno, mense et die proxime scriptis assignavit michi pro dicto domino nostro X. marchas Boeminorum, computatis LXII. Boeminis grossis pro qualibet marcha, quarum quelibet valet quatuor florenos auri minus II. Boeminis grossis. Et sic est summa XXXVIII. floreni auri et XII. Boemini grossi.

(Extimatio.)

Item vacavit semel prepositura sancti Antonii de Scips dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XII. marcharum fini argenti, de quibus elegi pro domino nostro medietatem, videlicet VI. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos. Quas quidem VI. marchas frater Guido preceptor dicte preceptorie promisit solvere, et non solvit, sed fuit denuntiatus excommunicatus, iniunxi tamen archiepiscopo Strigoniensi, quod exigeret easdem VI. marchas et mitteret ad curiam. Non sunt solute dicte VI. marche.

(Extimatio.)

Item vacavit semel ecclesia de Bat dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam IIII. marcharum Viennensium, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet II. marchas Viennenses. Non sunt solute. Quas dominus Gerardus rector ipsius ecclesie promisit solvere et quia non solvit, fuit excommunicatus; iniunxi tamen archiepiscopo, quod exigeret eas et mitteret ad curiam.

(Non fuit facta compositio.)

Item vacavit ecclesia de Sancto Georgio dicte diocesis, de cuius fructibus valorem scire nequivi, quia vacavit iuxta finem triennii; audivi tamen dici, quod valebant ultra VI. marchas fini argenti ad pondus Budense.

(Non fuit facta compositio.)

Item vacavit ecclesia de Basin dicte diocesis. Non fuit facta compositio.

Item vacavit ecclesia de Bosna dicte diocesis. Quarum valorem scire nequivi, quia vacaverunt circa finem triennii; iniunxi tamen archiepiscopo, quod exigat medietatem fructuum earundem et mittat ad curiam, quia dicebatur, quod quelibet earundem valebat ultra VI. marchas fini argenti.

(Non fuit facta compositio.)

Item dicebatur, quod vacaverat prepositura Posoniensis dicte diocesis, cuius fructuum valorem scire nequivi, quia vacavit circa finem triennii, et in recessu meo audivi tamen, quando alias fui ibi, quod poterat valere annuatim C. marchas, propter quod iniunxi archiepiscopo, quod exigeret medietatem et mitteret ad curiam.

(Summa particularis.)

Summa marcharum fini argenti ad pondus Budense receptarum in dictis civitate et diocesi Strigoniensi LXX. marche, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, que valent in summa II^{C}. LXXX. florenos auri.

(Summa particularis.)

Summa marcharum argenti banalium receptarum in civitate et diocesi supradictis VIIII. marche, CLXXVI. banalibus pro qualibet marcha computatis, quarum quelibet valet III. florenos auri. Valent in summa XXVII. florenos auri.

(Summa particularis.)

Summa marcharum argenti Viennensium receptarum ibidem, videlicet in civitate et diocesi supradictis, VIII. et dimidia marche et unus ferton *(sic)*, IIII^{C}. Viennensibus pro marcha qualibet computatis, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium. Valent in summa XXX. floreni auri et dimidius et unus octavus unius floreni auri.

(Summa particularis.)

Summa marcharum Boeminorum receptarum in civitate et diocesi supradictis X. marche, LXII. Boeminis grossis pro qualibet marcha computatis, quorum Boeminorum LXIIII. faciunt unam marcham fini argenti, que valet IIII. florenos auri. Et sic valent XXXVIII. florenos auri et XII. Boeminos grossos.

(Summa generalis.)

Summa summarum omnium predictarum marcharum receptarum in dictis civitate et diocesi reductarum ad florenos auri III^{C}. LXXVI. floreni auri et VI. Boemini grossi.

(Summa debitorum.)

Summa marcharum civitatis et diocesis predictarum, que restant solvende, VIII. marche, quarum VI. sunt fini argenti, quarum quelibet valet

IIII. florenos, et relique due sunt Viennenses, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium. Valent in universo XXXI. florenos auri.

CIVITATIS ET DIOCESIS QUINQUEECCLESIENSIS.

(Extimatio.)

In primis vacavit semel prepositura Quinqueecclesiensis ecclesie, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XXXIIII. marcharum argenti banalium, computatis IIC. XL. banalibus pro qualibet marcha, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet XVII. marchas, quarum quelibet valet III. florenos auri.

Quas die XXII. Junii anno Domini millesimo IIIC. XVIII. mandavi domino Egidio preposito ipsius ecclesie, ut solveret infra octavas purificationis beate virginis extunc proxime futuras.[1] Qui postea eodem anno Domini millesimo IIIC. XVIII. die XXIIII. Junii solvit michi Rufino de dicta summa II. marchas argenti predicti.

Item postmodum anno nativitatis Domini millesimo IIIC. XVIIII. die XXVIII. Aprilis dominus Thomas prepositus de Hanta solvit michi residuas XV. marchas, que restabant solvende de summa predicta. Et sic sunt in universo dicte XVII. marche valentes LI. florenos auri.

(Extimatio.)

Item pro fructibus archidiaconatus de Vulgo in dicta ecclesia Quinqueecclesiensi, qui ascendebant in universo ad summam XVI. marcharum banalium, IIC. XL. banalibus pro marcha qualibet computatis, elegi pro domino nostro medietatem, videlicet VIII. marchas, quarum quelibet valet III. florenos auri.

Quas VIII. marchas die XXII. Junii anni MCCCXVIII. precepi domino Andree archidiacono dicti archidiaconatus, ut solveret infra octavas purificationis beate virginis extunc proxime futuras.[2] Et demum dominus Thomas prepositus de Hanta Vesprimiensis diocesis pro dicto archidiacono anno Domini MCCCXVIIII. die IIII. Martii solvit michi Rufino dictas VIII. marchas valentes XXIIII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item pro fructibus archidiaconatus dicte ecclesie Quinqueecclesiensis, qui vacavit semel, cuiusque fructus ascendebant in universo ad summam

[1] 9. Februarii a. 1319.
[2] 9. Februarii a. 1319.

XII. marcharum argenti banalium, II^{C}. XL. banalibus pro marcha qualibet computatis, elegi pro domino nostro medietatem, videlicet VI. marchas argenti banalium, quarum quelibet valet III. florenos auri.

Quas die XXII. Junii anni MCCCXVIII. precepi domino Stephano archidiacono dicti archidiaconatus, ut solveret infra quindenam purificationis beate virginis extunc proxime future.[1] Et demum anno Domini MCCCXIX. die VI. Martii dominus Thomas prepositus de Hanta pro dicto archidiacono solvit michi Rufino easdem VI. marchas valentes XVIII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item de fructibus archidiaconatus Tolnensis in dicta ecclesia Quinqueecclesiensi, qui ascendebant ad summam XX. marcharum argenti banalium in universo, II^{C}. XL. banalibus pro marcha qualibet computatis, elegi medietatem pro domino nostro, videlicet X. marchas argenti banalium.

Quas dominus Thomas prepositus de Hanta Vesprimiensis diocesis pro domino Laurentio episcopo Quinqueecclesiensi, qui pro ipsis solvendis se obligarat, et pro domino Dyonisio archidiacono Tolnensi predicto anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die XV. mensis Octobris solvit michi Rufino dictas X. marchas argenti banalium, II^{C}. XL. banalibus computatis pro marcha, que valent VIII. marchas et dimidiam communis argenti et IIII. Boeminos grossos, computatis LVI. Boeminis grossis pro marcha communis argenti, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium auri et sic valent in universo XXX. florenos auri.

(Summa generalis.)

Summa omnium marcharum argenti banalium de Quinqueecclesiis receptarum in civitate et diocesi Quinqueecclesiensibus predictis XLI. marche, II^{C}. XL. banalibus de Quinqueecclesiis pro marcha qualibet computatis, quarum quelibet valet III. florenos auri, sunt in summa CXXIII. floreni auri.

CIVITATIS ET DIOCESIS VESPRIMIENSIS.

(Extimatio.)

In primis pro fructibus plebis de Buda Vesprimiensis diocesis, que vacavit semel, cuiusque fructus ascendebant in universo ad summam XLVIII. marcharum fini argenti ad pondus Budense, elegi pro domino nostro

[1] 16. Februarii a. 1319.

medietatem, videlicet XXIIII. marchas ad pondus Budense, quarum quelibet valet IIII. florenos auri.

Quas quidem XXIIII. marchas dominus Petrus plebanus dicte plebis anno Domini MCCCXVIII. die XXVIIII. Maii promisit solvere, medietatem videlicet infra festum omnium sanctorum tunc proxime futurum et residuum infra festum resurrectionis Domini.[1] De quibus quidem XXIIII. marchis idem plebanus anno Domini MCCCXVIIII. die XVIII. Januarii solvit michi Rufino XIIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos.

Item postea anno Domini MCCCXX. die XI. Februarii idem plebanus solvit michi residuas X. marchas.

(Extimatio.)

Item postea de fructibus tertie partis quorundam redituum dicte plebis spectantium ad moniales monasterii sancte Margarite de insula Budensi, qui ascendebant in universo ad summam XVIIII. marcharum et unius fertonis eiusdem fini argenti, elegi medietatem, videlicet VIIII. marchas et dimidiam et dimidium fertonem, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Et demum anno, mense et die proxime scriptis idem dominus plebanus solvit michi dictas VIIII. marchas et dimidiam et dimidium fertonem. Et sic sunt in universo XXXIII. marche et dimidia et dimidius fertonus valentes CXXXIIII. florenos et dimidium.

(Non est facta compositio.)

Item vacavit semel archidiaconatus sancti Andree in dicta ecclesia Vesprimiensi, verumtamen valorem fructuum ipsius scire nequivi, quia vacaverat circa finem triennii et in recessu meo; tamen quia valet ultra VI. marchas, cadit sub reservatione, propter quod commisi . . episcopo Vesprimiensi, quod exigat medietatem dictorum fructuum et mittat ad curiam.

Summa omnium marcharum receptarum per me predictum Rufinum in civitate et diocesi Vesprimiensi predictis XXXIII. marche et dimidia et dimidius fertonus fini argenti ad pondus Budense, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, valentes in universo CXXXIIII. florenos et dimidium auri.

[1] 1. Novembris a. 1318 et 8. Aprilis a. 1319.

CIVITATIS ET DIOCESIS JAURIENSIS.

(Extimatio.)

In primis vacavit semel prepositura de Castroferreo Jauriensis diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XXXII. marcharum fini argenti ad pondus Budense, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet XVI. marchas fini argenti ad dictum pondus, quarum quelibet valet IIII. florenos. Quas precepi . . episcopo Jauriensi fratri domini Andree prepositi dicte prepositure, ut solveret medietatem infra festum omnium sanctorum, et residuum intra primam dominicam quadragesime [1] anno Domini MCCCXVIIII. Et postea eodem anno die VI. Maii Johannes canonicus Jauriensis familiaris dicti episcopi pro dictis episcopo et preposito solvit michi de dicta summa marcharum XIII. marchas et dimidiam. Item postmodum anno Domini MCCCXX. die XV. Februarii idem episcopus pro dicto preposito solvit michi residuas II. marchas et dimidiam. Et sic sunt XVI. marche valentes LXIIII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel plebes de Suppronio dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XXX. marcharum communis argenti Boeminorum, LVI. Boeminis grossis computatis pro marcha, de quibus elegi pro domino nostro medietatem, videlicet XV. marchas, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium auri. Quas quidem XV. marchas presbiter Johannes plebanus dicte plebis anno Domini MCCCXVIII. die V. Augusti promisit solvere, medietatem videlicet intra festum omnium sanctorum et residuum intra primam dominicam quadragesime extunc proxime futuram. Postea anno Domini MCCCXIX. die I. Junii idem plebanus solvit michi dictas XV. marchas valentes LII. florenos et dimidium auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel lectoria Jauriensis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XVI. marcharum communis argenti Boeminorum, LVI. Boeminis grossis computatis pro qualibet marcha, de quibus elegi pro domino nostro medietatem, videlicet VIII. marchas eiusdem communis argenti, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium auri. Quas die XIII. Augusti anno MCCCXVIII. precepi domino Mathie lectori dicte

[1] 1. Novembris a. 1318. et 25. Februarii a. 1319.

lectorie, ut solveret dictas VIII. marchas, medietatem videlicet intra festum omnium sanctorum et residuum infra primam dominicam quadragesime[1] extunc proxime futuram. De quibus postea idem dominus Mathias anno Domini MCCCXX. die XXVI. Januarii solvit michi Rufino VI. marchas et dimidiam. Item eisdem anno, mense et die dominus Georgius canonicus Jauriensis pro eodem lectore solvit michi dicto Rufino residuas I. marcham et dimidiam. Et sic sunt VIII. marche communis argenti valentes XXVIII. florenos auri.

(Summa particularis.)

Summa marcharum fini argenti ad pondus Budense receptarum in civitate et diocesi supradictis, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, XVI. marche valentes LXIIII. florenos auri.

(Summa particularis.)

Summa marcharum argenti communis receptarum ibidem XXIII. marche, LVI. Boeminis grossis pro marcha qualibet computatis, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium. Valent in summa LXXX. florenos et dimidium auri.

(Summa generalis.)

Summa summarum omnium predictarum marcharum receptarum in dictis civitate et diocesi Jauriensi reductarum ad florenos auri CXLIIII. florenos et dimidium auri.

CIVITATIS ET DIOCESIS VACIENSIS.

(Extimatio.)

In primis vacavit semel plebes de Peste Vaciensis diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XXIIII. marcharum fini argenti ad pondus Budense, de quibus elegi medietatem pro domino nostro, videlicet XII. marchas fini argenti, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Quas precepi domino Concilino plebano dicte plebis anno Domini MCCCXVIII. die VIII. Februarii, ut solveret medietatem intra dominicam proximam per totum diem et residuum intra omnium sanctorum extunc proxime futurum.[2] De quibus quidem XII. marchis idem plebanus eodem anno die XII Fe-

[1] 1. Novembris a. 1318. et 25. Februarii a. 1319.
[2] 12. Februarii et 1. Novembris a. 1318.

bruarii solvit michi Rufino VI. marchas dicti argenti. Item postmodum anno Domini MCCCXIX. die penultima dicti mensis Februarii idem plebanus solvit michi residuas VI. marchas dicti argenti. Et sic sunt XII. marche valentes XLVIII. florenos.

Item vacavit semel prepositura Vaciensis.

Item vacavit similiter archidiaconatus Vaciensis.

Item vacavit similiter cantoria Vaciensis.

Item vacavit similiter ecclesia de Scord dicte diocesis.

De quorum quidem beneficiorum fructibus valorem scire nequivi, quia vacaverant circa finem triennii, et diocesanus loci noluit super hoc vacare mecum et michi non obediebatur sine eodem diocesano; monui tamen eundem diocesanum, ut faceret recolligi medietatem dictorum fructuum et mitteret ad curiam.

Summa marcharum fini argenti ad pondus Budense receptarum in dictis civitate et diocesi Waciensi per me Rufinum predictum XII. marche, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Et sic valent in universo XLVIII. florenos auri.

CIVITATIS ET DIOCESIS AGRIENSIS.

(Extimatio.)

In primis vacavit semel prepositura Agriensis, cuius fructus ascendebant in universo ad VIIII. marchas Viennenses duntaxat, IIII^{C}. denariis Viennensibus pro qualibet marcha computatis, de quibus elegi pro domino nostro medietatem, videlicet IIII. marchas et dimidiam, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium. Precipiens die XI. Maii anni Domini MCCCXIX. domino P. preposito, ut solveret intra festum assumptionis beate virginis[1] extunc proxime futurum. Et demum anno predicto die XXVII. Augusti comes Johannes de Agria civis Budensis pro dicto preposito solvit michi predicto Rufino dictas IIII. marchas et dimidiam, valentes XV. florenos auri et III. quartas partes unius floreni.

(Extimatio.)

Item vacavit semel archidiaconatus Agriensis, cuius fructus ascendebant ad summam VII. marcharum Viennensium in universo, IIII^{C}. denariis Viennensibus pro marcha qualibet computatis, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet III. marchas et dimidiam, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium. Quas prescriptis die et termino

[1] 15. Augusti.

mandavi domino P. archidiacono Agriensi, ut solveret. Et demum anno Domini MCCCXIX. die XXVII. Augusti dictus comes Johannes de Agria pro dicto archidiacono solvit mihi predicto Rufino dictas III. marchas et dimidiam, valentes XII. florenos et quartam partem unius floreni.

(Extimatio.)

Item vacavit semel ecclesia de Villa Gallica dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam X. marcharum argenti Viennensis, IIII^{C}. denariis Viennensibus pro marcha qualibet computatis, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet V. marchas, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium auri. Quas prescripto die mandavi Habrahe rectori dicte ecclesie, ut solveret termino suprascripto. Et demum idem Johannes de Agria prescripta XXVII. die Augusti pro dicto rectore solvit michi prefato Rufino dictas V. marchas, valentes XVII. florenos et dimidium auri.

(Extimatio.)

Item vacavit plebes de Eperies dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XV. marcharum Viennensium, IIII^{C}. denariis Viennensibus pro marcha qualibet computatis, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet VII. marchas et dimidiam, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium. Non solvit. Mandans domino Henrico plebano dicte plebis, ut solveret, qui solvere recusavit, et propter hoc fuit denuntiatus excomunicatus, et insuper monui . . episcopum Agriensem, ut exigeret eas et mitteret ad curiam.

Summa marcharum receptarum in dictis civitate et diocesi Agriensi per me Rufinum sepedictum XIII. marche argenti Viennensis, IIII^{C}. denariis Viennensibus pro marcha qualibet computatis, quarum quelibet valet III. florenos auri et dimidium, videlicet in universo XLV. floreni et dimidius auri.

Summa debitorum in civitate et diocesi Agriensi predictis, prout apparet superius, VII. marchas et dimidiam Viennenses.

IN CIVITATE ET DIOCESI NITRIENSI.

Nichil vacavit, quod valeat ultra VI. marchas, facta pluries super hoc diligenti inquisitione, prout melius potui.

Summa summarum omnium marcharum receptarum in civitate, diocesi ac provincia Strigoniensi :

In primis fini argenti CXXXI. et dimidia marche et dimidius fertonus, quarum quelibet valet IIII. florenos auri.

Item argenti Viennensis XXI. et dimidia marche et dimidius fertonus, IIII^{C}. denariis Viennensibus pro marcha qualibet computatis, quarum quelibet valet III. florenos et dimidium auri.

Item argenti banalium, CLXXVI. banalibus pro marca qualibet computatis, VIIII. marche, quarum quelibet valet III. florenos auri.

Item argenti banalium de Quinqueecclesiis, II^{C}. XL. banalibus pro marcha qualibet computatis, XLI. marche, quarum quelibet valet III. florenos auri.

Item argenti Boeminorum X. marche, LXII. Boeminis grossis pro marcha qualibet computatis, quorum Boeminorum LXIIII. valent I. marcham fini argenti, que valet IIII. florenos auri.

Item argenti communis XXIII. marche, LVI. Boeminis grossis pro marcha qualibet computatis, quarum quelibet valet III. et dimidium florenos.

Summa summarum omnium marcharum receptarum in dictis civitate, et diocesi ac provincia, diversorum generum, manerierum et ponderum predictorum II^{C}. XXXVI. marche et unus fertonus, que valent reducte ad florenos VIII^{C}. LXXI. florenos et dimidium et VI. Boeminos grossos.

CIVITATIS ET DIOCESIS COLOCENSIS METROPOLITANE.

In primis vacavit semel prepositura Baciensis Colocensis diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XXX. marcharum fini argenti ad pondus Budense, de quibus elegi medietatem pro domino nostro, videlicet XV. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. De quibus XV. marchis dominus Thomas prepositus Budensis pro domino Jacobo preposito Baciensi anno Domini MCCCXVIIII. die XXIII. Octobris solvit michi Rufino VI. marchas. Item postea eodem die VII. Novembris idem prepositus solvit de dicta summa III. marchas. Et sic sunt VIIII. marche valentes XXXVI. florenos auri. Restant solvende VI. marche.

Item vacavit semel archidiaconatus Baciensis dicte diocesis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XVI. marcharum fini argenti ad dictum pondus Budense, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet VIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. De quibus quidem VIII. marchis dominus Johannes archidiaconus Baciensis anno Domini MCCCXVIIII. die VII. Novembris solvit michi predicto Rufino

IIII. marchas valentes XVI. florenos auri. Restat debere IIII. marchas, pro quibus est excommunicatus.

Summa marcharum receptarum per me Rufinum in civitate et diocesi Colocensi predictis XIII. marche fini argenti ad pondus Budense, quarum quelibet valet IIII. florenos. Et sic valent in universo LII. florenos auri.

Summa restarum, que restant in civitate et diocesi supradictis, prout superius apparet, X. marche fini argenti.

CIVITATIS ET DIOCESIS VARADIENSIS.

(Extimatio.)

In primis vacavit semel prepositura Varadiensis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam L. marcharum fini argenti ad pondus Budense, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet XXV. marchas fini argenti, quarum quelibet valet IIII. florenos auri; precipiens domino Cenadino preposito Varadiensi die III. Octobris anno Domini MCCCXVIII., ut solveret intra primam dominicam quadragesime [1] extunc proxime futuram. Quas quidem XXV. marchas anno Domini MCCCXVIIII. die II. Februarii idem prepositus solvit michi Rufino, que valent in summa C. florenos auri.

Item vacavit semel lectoria Waradiensis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XVIII. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet VIIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri; precipiens domino Johanni lectori Waradiensi die V. Octobris anno Domini MCCCXVIII., ut solveret intra terminum proxime scriptum. Et demum die II. Februarii anni Domini MCCCXVIIII. dictus prepositus Varadiensis pro dicto lectore solvit michi Rufino dictas VIIII. marchas valentes XXXVI. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit in ecclesia Waradiensi quidam canonicatus, quem obtinuit postea dominus Mauritius canonicus Waradiensis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XVI. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet VIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri; precipiens die VII. dicti mensis

[1] 25. Februarii a. 1319.

Octobris eiusdem anni MCCCXVIII. eidem domino Mauritio, ut solveret termino suprascripto. Et demum dictus prepositus pro eodem domino Mauritio die II. Februarii anno MCCCXIX. solvit michi Rufino dictas VIII. marchas valentes XXXII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit cantoria Waradiensis cuius fructus ascendebant in universo ad summam VIII. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet IIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri; precepiens die VI. dicti mensis Octobris eiusdem anni MCCCXVIII. domino Jacobo cantori Waradiensi, ut solveret termino suprascripto. Et demum idem prepositus Waradiensis pro dicto cantore die II. Februarii anno MCCCXIX. solvit michi Rufino dictas IIII. marchas valentes XVI. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel archidiaconatus de Kolosuar in dicta ecclesia Waradiensi, cuius fructus ascendebant in universo ad summam V. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet II. marchas et dimidiam, quarum quelibet valet IIII. florenos auri; precipiens die VI. predicti mensis Octobris eiusdem anni MCCCXVIII. domino Stephano archidiacono Varadiensi, ut solveret supradicto termino. Et demum die XIIII. Februarii eiusdem anni MCCCXIX. Nicolaus prebendarius dicte ecclesie Waradiensis pro dicto archidiacono solvit michi Rufino dictas II. marchas et dimidiam valentes X. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit quidam canonicatus in dicta ecclesia Waradiensi, quem habuit dominus Stephanus archidiaconus, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XVI. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet VIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri; precipiens eidem domino Stephano die VI. dicti mensis Octobris, ut solveret termino suprascripto. Et demum die XIIII. Februarii anni Domini MCCCXIX. predictus Nicolaus prebendarius pro predicto domino Stephano solvit michi Rufino dictas VIII. marchas valentes XXXII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit ibidem quidam alius canonicatus, quem postmodum habuit dominus Demetrius canonicus Waradiensis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XVI. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet VIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri; precipiens domino . . episcopo Waradiensi pro dicto domino Demetrio die VI. predicti mensis Octobris, ut solveret termino suprascripto. Et demum dictus Nicolaus prebendarius predicta die XIIII. Februarii eiusdem anni MCCCXVIIII. pro dictis episcopo et canonico solvit michi Rufino dictas VIII. marchas, valentes XXXII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel archidiaconatus de Bihor in dicta ecclesia Waradiensi, cuius fructus ascendebant in universo ad summam XVIIII. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet VIIII. marchas et dimidiam, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Et demum dicta die XIIII. Februarii eiusdem anni MCCCXVIIII. dictus Nicolaus prebendarius pro dicto archidiacono solvit michi Rufino dictas VIIII. marchas et dimidiam, valentes XXXVIII. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit quidam alius canonicatus in eadem ecclesia Varadiensi, quem postmodum obtinuit dominus Johannes nobilis, cuius fructus ascendebant in universo ad summam VIII. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet IIII. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Et demum die VI. Novembris eiusdem anni MCCCXVIIII. dominus Iuanka episcopus Varadiensis pro dicto domino Johanne nobili solvit michi Rufino dictas IIII. marchas, valentes XVI. florenos auri.

(Extimatio.)

Item vacavit semel quedam alia cantoria in eadem ecclesia, quam postea obtinuit dominus Andreas cantor Waradiensis, cuius fructus ascendebant ad summam VI. marcharum fini argenti ad dictum pondus, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet III. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Et demum prescriptis anno et die idem episcopus pro dicto cantore Waradiensi solvit michi Rufino dictas III. marchas, valentes XII. florenos auri.

Summa omnium marcharum receptarum per me Rufinum in dictis civitate et diocesi Waradiensi LXXXI. marche fini argenti ad pondus Budense, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Et sic reducte ad florenos valent in universo III^{C}. XXIIII. florenos auri.

CIVITATIS ET DIOCESIS CENADIENSIS.

(Extimatio.)

In primis vacavit semel archidiaconatus Transmoriginus *(sic)* in ecclesia Cenadiensi, cuius fructus ascendebant in universo ad summam X. marcharum fini argenti ad pondus Budense, de quibus pro domino nostro elegi medietatem, videlicet V. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Quas quidem V. marchas dominus Benedictus episcopus Cenadiensis pro domino Nicolao archidiacono dicti archidiaconatus anno Domini MCCCXVIIII. die VII. Novembris solvit michi Rufino. Et sic valent in universo XX. florenos auri.

Summa omnium marcharum receptarum per me predictum Rufinum in civitate et diocesi Cenadiensi predictis V. marche fini argenti ad pondus Budense, valentes in universo XX. florenos auri.

CIVITATIS ET DIOCESIS TRANSILVANE.

(Per episcopum.)

In primis vacavit semel archidiaconatus de Tilegd in ecclesia Transilvana, de cuius fructibus dominus Corradus plebanus de Varasio Transilvane diocesis subcollector in civitate et diocesi supradictis per . . episcopum Transilvanum specialiter deputatus, pro medietate spectante ad cameram domini nostri exegit XX. marchas fini argenti ad pondus Budense, in quibus erat extimata dicta medietas per dictum episcopum, ut ipse episcopus et subcollector dixerunt michi. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die VI. Septembris dictus subcollector pro magistro Benedicto archidiacono dicti archidiaconatus solvit michi predicto Ruffino dictas XX. marchas, quarum quelibet valet IIII. florenos. Et sic in summa LXXX. floreni auri.

(Per diocesanum.)

Item vacavit semel archidiaconatus de Ozd in eadem ecclesia Transilvana, de cuius fructibus pro medietate spectante ad dominum nostrum idem subcollector exegit X. marchas fini argenti ad dictum pondus, qua-

rum quelibet valet IIII. florenos auri, in quibus erat extimata dicta medietas, prout idem episcopus et subcollector dixerunt michi. Post quod dictus subcollector pro domino Johanne archidiacono dicti archidiaconatus die VI. Septembris anni MCCCXVIIII. solvit michi Rufino dictas X. marchas, valentes in universo XL. florenos auri, qualibet computata ut supra proxime.

(Per diocesanum.)

Item vacavit plebes de Sceps sive de Mulunak dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit XX. marchas fini argenti, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, in quibus dicta medietas erat extimata, prout idem episcopus et subcollector dixerunt mihi. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die VI. Septembris dictus subcollector pro domino Daniele plebano dicte plebis solvit michi Rufino dictas XX. marchas argenti, valentes in universo LXXX. florenos auri, qualibet computata ut supra.

(Per diocesanum.)

Item vacavit semel plebes de Kelnek dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit XX. marchas fini argenti, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, in quibus dicta medietas erat extimata per eundem episcopum, prout ipse et dictus subcollector dixerunt michi. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die VI. Septembris dictus subcollector pro domino Michaele plebano dicte plebis solvit michi Rufino dictas XX. marchas argenti, valentes in universo LXXX. florenos auri, qualibet marcha computata ut supra.

(Per diocesanum.)

Item vacavit bis plebes seu ecclesia de villa Petri dicte diocesis, de cuius fructibus semel dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit XIIII. marchas fini argenti ad dictum pondus, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, in quibus dicta medietas erat extimata per dictum episcopum, ut ipse et dictus subcollector dixerunt michi. Post quod anno, mense et die proxime scriptis idem subcollector pro domino Jacobo plebano dicte plebis solvit michi Rufino dictas XIIII. marchas valentes in universo LVI. florenos auri, qualibet computata ut supra.

(Per diocesanum.)

Item vacavit semel plebes seu ecclesia de Subcastro Petri dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit VI. marchas fini argenti ad dictum pondus, in quibus dicta medietas erat extimata, prout idem episcopus et subcollector dixerunt michi. Post quod anno, mense et die supradictis idem subcollector pro domino Nicolao plebano dicte plebis solvit michi predicto Rufino dictas VI. marchas, valentes in universo XXIIII. florenos auri, qualibet computata ut supra.

(Per diocesanum.)

Item vacavit semel plebes de Riho dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit VII. marchas fini argenti ad dictum pondus, in quibus dicta medietas erat extimata per dictum episcopum, prout ipse et dictus subcollector dixerunt. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die VI. Septembris dictus subcollector pro . . plebano dicte plebis solvit michi Rufino dictas VII. marchas, valentes in universo XXVIII. florenos auri, qualibet computata ut supra.

(Per diocesanum.)

Item vacavit semel plebes de Nosna dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit X. marchas fini argenti, in quibus dicta medietas erat extimata per eundem episcopum, prout ipse et dictus subcollector dixerunt michi. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die VI. Septembris idem subcollector pro domino Nicolao plebano dicte plebis solvit michi Rufino dictas X. marchas, valentes in universo XL. florenos auri, qualibet computata ut supra.

(Per diocesanum.)

Item vacavit semel plebes seu ecclesia de villa Demetrii dicte diocesis, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit VI. marchas fini argenti ad dictum pondus, in quibus dicta medietas per dictum episcopum erat extimata, prout ipse et dictus subcollector dixerunt michi. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die VI. Septembris idem subcollector pro domino Nicolao plebano dicte plebis solvit michi Rufino dictas VI. marchas, valentes in universo XXIIII. florenos auri, qualibet computata ut supra.

(Per diocesanum.)

Item vacavit semel quidam canonicatus in dicta ecclesia Transilvana, quem postea obtinuit Petrus Ruffus canonicus Transilvanus, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit VIII. marchas fini argenti ad dictum pondus, in quibus dicta medietas fuerat extimata per dictum episcopum, ut ipse et dictus subcollector dixerunt michi. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXVIIII. die VI. Septembris idem subcollector pro dicto domino Petro Ruffi de dicta summa VIII. marcharum fini argenti solvit michi Rufino V. marchas, valentes XX. florenos auri. Demum anno nativitatis Domini MCCCXX. die XIII. Januarii frater Michael Budensis ordinis Predicatorum conventus sancti Nicolai Budensis de argento penes eum per dictum subcollectorem deposito pro dicto domino Petro Ruffo solvit michi Rufino residuas III. marchas, que restabant solvende de dictis VIII. marchis. Et sic sunt in universo VIII. marche, valentes XXXII. florenos auri.

(Per diocesanum.)

Item vacavit quidam canonicatus in ecclesia Transilvana, quem postea obtinuit Petrus Tartarus canonicus Transilvanus, de cuius fructibus pro medietate spectante ad dominum nostrum exegit VIII. marchas fini argenti ad dictum pondus, in quibus per dictum episcopum fuerat eadem medietas extimata, prout idem episcopus et subcollector dixerunt. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXX. die XIII. Januarii predictus frater Michael de argento deposito penes eum per dictum subcollectorem pro dicto Petro Tartaro solvit michi predicto Rufino dictas VIII. marchas, valentes in universo XXXII. florenos auri.

Item vacavit quidam alius canonicatus in dicta ecclesia Transilvana, quem postea obtinuit Johannes Mauritii canonicus Transilvanus, de cuius fructibus dictus subcollector pro medietate spectante ad dominum nostrum, exegit VIII. marchas fini argenti ad dictum pondus, in quibus dicta medietas per dictum episcopum fuerat extimata, prout ipse et dictus subcollector dixerunt michi. Post quod anno nativitatis Domini MCCCXX. die XIII. Januarii dictus frater Michael de argento penes eum deposito per subcollectorem predictum pro dicto Johanne Mauritii solvit michi Rufino dictas VIII. marchas, valentes in universo XXXII. florenos auri.

Item vacavit semel archidiaconatus de Cucullo dicte diocesis, cuius fructuum medietatem dictus episcopus Transilvanus extimavit pro domino nostro XXXV. marchas fini argenti ad pondus Transilvanum, de quibus

dictus subcollector, ut dixit, exegit tantum XXX. marchas, de quibus quidem XXX. marchis idem subcollector semel solvit michi sepedicto Rufino III. marchas argenti. Postea vero anno nativitatis Domini MCCCXX. die XIII. Januarii supradictus frater Michael nomine dicti subcollectoris solvit michi sepedicto Rufino XXVI. marchas penes eum per dictum subcollectorem depositas. Et sic licet idem subcollector receperit XXX. marchas, ipse tamen non solvit nec solvi fecit, nisi tantum XXVIIII., que reducte ad pondus Budense valent XXIIII. marchas et III. uncias et tertiam partem unius uncie et duas quinquagesimas septimas partes unius uncie ad dictum pondus Budense, quarum quelibet valet IIII. florenos auri. Et sic sunt in summa ad dictum pondus Budense XXIIII. marche et III. uncie et tertia pars unius uncie et due quinquagesime septime partes unius uncie, valentes LXXXXVII. florenos et XI. Boeminos. Restant VI. marche solvende.

Item circa finem triennii et post obitum . . episcopi Transilvani vacaverunt in dicta diocesi infrascripta beneficia, de quorum fructibus debetur medietas domino nostro pro uno anno, de quibus quidem beneficiis et ipsorum valore inquisivi, prout potui, diligenter, et id quod debetur eidem domino nostro de ipsis, inferius describetur. Et quia eadem ecclesia pastore vacabat, et michi soli sine diocesano non credebatur, ipsorum fructuum medietatem exigere non potui, tamen negotium beneficiorum ipsorum recomendavi diligenter capitulo ecclesie sepedicte. Et hec sunt beneficia supradicta, videlicet:

In primis pro fructibus ecclesie de Cogner dicte diocesis, qui ascendebant in universo ad valorem XII. marcharum, debentur eidem domino nostro VI. marche fini argenti.

Item pro fructibus ecclesie ville Petri, que vacavit secundo, qui ascendebant ad summam XL. marcharum, licet pro prima vacatione habite fuerunt tantum XIIII. marche iuxta extimationem diocesani, debentur eidem domino nostro XX. marche fini argenti.

Item pro fructibus ecclesie de Burperg [1] dicte diocesis, qui ascendunt annuatim ad summam XXX. marcharum vel circa, debentur domino nostro XV. marche fini argenti.

Item pro fructibus ecclesie de Egnudino dicte diocesis, qui ascendunt annuatim ad summam XX. marcharum vel circa, debentur domino nostro X. marche fini argenti.

Item pro fructibus ecclesie de Barbantina dicte diocesis, qui ascendunt

[1] Borberek.

annuatim ad summam XII. marcharum vel circa, debentur domino nostro VI. marche argenti fini.

Item pro fructibus ecclesie de Sancto Georgio dicte diocesis, qui ascendunt ad summam annuatim XX. marcharum et ultra, debentur domino nostro X. marche fini argenti et ultra.

Item pro fructibus ecclesie de Aplodia [1] *(sic)* dicte diocesis, qui ascendunt annuatim ad summam XL. marcharum vel circa, debentur domino nostro XX. marche fini argenti.

Item de fructibus ecclesie de Albkarak [2] dicte diocesis et ipsorum valore veritatem invenire nequivi, licet super hoc inquisiverim, quia episcopus Transilvanus decesserat et michi non obediebatur sine diocesano; audivi tamen, quod cadit sub reservatione.

Item de valore fructuum canonicatus, quem obtinet dominus Nicolaus in ecclesia Transilvana, veritatem scire non potui; tamen alter canonicatus dicte ecclesie Transilvane fuit extimatus per . . episcopum Transilvanum VIII. marchis fini argenti ad pondus Budense.

Summa omnium marcharum fini argenti ad pondus Budense receptarum per me Rufinum in civitate et diocesi Transilvana predictis CXXXVII. marche, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, que reducte ad florenos valent in universo V^{C}. XLVIII. florenos auri.

Summa omnium marcharum fini argenti ad pondus Transilvanum receptarum per me prefatum Rufinum in civitate et diocesi sepedictis, prout superius continetur, XXIX. marche, que valent XXIIII. marchas et III. uncias et tertiam partem unius uncie et duas LVII. partes unius uncie ad pondus Budense, quarum quelibet valet IIII. florenos auri, que valent in universo LXXXXVII. florenos auri et XI. Boeminos grossos.

Item tradidi domino Petro Geruasii per manus Johannis de Agria civis Budensis CCC. et XVII. florenos auri de Hungaria.

Item per manus eiusdem Johannis civis Budensis tradidi dicto domino Petro Geruasii quadringentos et octuaginta III. florenos auri.

Item tradidi domino Petro Geruasii subcollectori in regno Hungarie CC. florenos auri.

Item dicto domino Petro Geruasii C. florenos auri.

Item X. florenos per manus Nycolai de Zothmar.

Item tradidi dicto domino Petro Geruasii sexcentos et XX. florenos in auro per Nicolaum de Zothmar.

Item ducentos florenos auri et III. marchas grossorum ad numerum Budensem per eundem Nicolaum de Zothmar.

Item tradidi dicto domino Petro Geruasii per manus Nycolai de Zothmar octingentos et octuaginta florenos auri.

Item dedi per manus magistri Johannis canonici Zagrabiensis dicto domino Petro sexcentas et XVIII. marchas et LXXVI. denarios monete Zagrabiensis Mykzbani, quamlibet marcham computando pro ducenti (*sic*) denariis dicte monete, de pecunia collecta per dictum dominum Johannem pro dicta decima sexannali a reverendo in Christo patre domino episcopo, capitulo et clero et totius civitatis Zagrabiensis, que deposite fuerunt per dictum dominum Jacobum Berengarii in sacristia ecclesie Zagrabiensis. Item decem florenos auri.

Item habuit dictus dominus Petrus Geruasii per manus capituli Wesprimiensis XIII. marchas et XIII. pensas parvorum Viennensium, quamlibet marcham per X. pensas computando.

Item LVII. grossos antiquos de Hungaria. Item V. florenos auri de pecunia

collecta per dominum Nicolaum quondam archidiaconum et subcollectorem meum.

Item habuit dictus Petrus Geruasii XIIII. marchas Budenses in Viennensibus latis a reverendo in Christo patre domino episcopo Nytriensi, que pertinent ad rationem meam.

Item dedi dicto domino Petro Geruasii per manus prepositi Vaciensis de pecunia, quam tenebatur mihi episcopus Vaciensis, sexcentos et nonaginta IX. florenos auri. Sumpma ducentarum marcharum Budensium.

Item dedi dicto Petro Geruasii III. marchas Budenses.

Item dedi domino Jacobo de Lingris college meo L. marchas Budenses in principio, quando venit ad Hungariam.

Item decem marchas, quas recepit dominus Jacobus de Lingris socius meus a me de pecunia subcollectoris Jauriensis.

Item prior et conventus fratrum Predicatorum de Strigonio habuit XXII. marchas de pecunia collecta per dominum Raymundum, quia ibi fuit sepultus.

Item ex parte dicti domini Jacobi fuerunt solute centum marce per manum magistri Vyllermi canonici Quinqueecclesiensis, solventis pro domino episcopo Quinqueecclesiensi, domino Galhardo de Carceribus preposito Titulensi.

Fol. 123 b.)

Item solvi pro domino Raymundo de Bonofato socio meo X. marchas, quas recepit mutuo de peccunia, antequam receperamus de pecunia decimarum.

Item XVII. florenos cum dimidio.

Item quando Nycolaus de Zothmar civis Budensis portavit ad Venetias peccunias, eundo et reddeundo et stando in Venetiis expendit LXXXXII. florenos.

Item fuit captus in Austria, et hoc in vigilia Omnium Sanctorum, et stetit in carceribus usque ad octavas Epyphaniarum, et pro redemptione solvit quingentas duas marchas et III. fertones ad numerum Viennensem. Que faciunt marchas Budenses sexcentas XXXVI. et I. fertonem cum dimidio.

Item ego expendi XXX. marchas Budenses, mittendo sollempnes nuncios ex parte regis Hungarie ad duces Austrie pro expediendo dicto Nycolao de carcere.

Item solvi de consilio archiepiscopi Strigoniensis famulis et servitoribus domini Raymundi de Bonofato, quando post mortem suam voluerunt repatriare, et nunciavi mortem suam domino camerario et domino pape et negotia regni per ipsos, videlicet Galhardo de Marchia cognato dicti domini Raymundi XX. marcas, et Petro servitori suo de Piemonte vocato XVI. marcas, et notario XV. marcas, qui Galhardus proximus dicti domini Raymundi et Petrus de Piemonte, de terra dicti domini R[aymundi], venerunt cum ipso ad regnum Hungarie et steterant prius cum ipso per magna tempora et sciverunt facta sua prius et post, que fuerunt acta per ipsum in Hungaria, et informaverunt dominum camerarium, unde sciatur per ipsos, si libros iuris canonici vel civilis vel alias res portavit, sicut asseritur, ad regnum Hungarie, et de pecuniis predictis per me sibi in Hungaria et in via concessis.

Item nota, quod stypendia domini collectoris faciunt de sex annis tria millia CCLXVI. florenos, ita qualibet die computando unum florenum cum dimidio.

Item de mandato domini regis dedi magistro Raphaeli procuratori domini regis C. et XL. marcas ad compotum Budensem, et obligavit curiam suam valde bonam plus valentem, et de hoc habeo litteras regis.

Notandum, quod de predicta tota recepta et summa pecuniarum predictarum solute sunt in marcis tria millia sexcente LXXXII. marche in marchis et monetis, sicut recepte fuerunt, computatis omnibus supradictis, si dominus camerarius vult recipere ad rationem suam, et eodem modo sunt soluti XVII. millia florenorum minus XXI., et sciendum, quod aliquando XX., aliquando XXI. et XXII. et XXIIII. grossi currebant pro uno floreno, prout toti regno constat, et sic computati sunt floreni predicti pro XX. grossis.

APPENDIX REGISTRI DECIMARUM SEXENNALIUM.

Annotationes Raimundi de Bonofato collectoris decimarum in regno Hungariæ.

(Cod. chart. sæc. XIV. Tab. Vat. N. 184. fol. 5, 12, 44.)

(Fol. 5.)

INCIPIT COMPUTUM EXPENSARUM PER ME RAIMUNDUM DE BONOFATO, FACTARUM SUPER EXPEDITIONIBUS REGNI UNGUARIE, PER DOMINUM NOSTRUM SUMMUM PONTIFICEM COMMISSIS.

Et primo die XXVII. mensis Aprilis, quando exivimus ego et socius meus dominus Jacobus Bellenguarii de Auinione, videlicet anno Domini MCCCI. *(sic)*,[1] et solvi septem florenos in et pro equis conductis ab Auinione usque ad Niciam.

Deinde pro gualea Janue XIIII. florenos et IIII. iulhatos de Nicia usque ad portum Pissanum.

Item solvi pro conductione animalium de Signia IIII. libras et novem solidos cum septem denariis Baguatinorum, valentium prope duos florenos.

Item pro conductione animalium castri comitis usque ad Zagrabiam solvi V. florenos.

Item solvi pro gualea florenos catuordesim de Nicia usque ad portum Pisanum et IIII. iulhatos.[2]

Item solvi pro barqua, que nos conduxit ad Signiam de Venetiis, duos florenos et semis.

Item pro perguameno sitationum factarum episcopis, ut in Buda comparerent, et pro cera sigillorum grosos V.

Item quando appellaverunt ultima vice in Buda, tradidi magistro Guillelmo et Gualhardo XX. grosos.

Item quando substitutus lector ivit in Posonio pro beneficiis exigendis et pro pactandis pro eisdem, et quando iverunt per rotam dyocesis Strigoniensis, expenderunt tres marcas.

Item quando fuimus concordati cum prelatis, videlicet cum domino Strigoniensi et Agriensi, et habuimus nota facere et dare instrumenta et portare in ceteris episcopatibus, expenderunt III. marcas.

---

[1] Erronee pro MCCCXXXI.

[2] Iteratur, v. supra.

Item pro capsa, ubi pecunia servabatur, et pro seratura cum lugnetis XII. grosos, et grosum pro saguis, ubi pecunia detinetur.

Item Bandeto nuncio, quando ivit Viane *(sic)* pro querendis mercatoribus, qui Venetiis pecuniam darent domino Bertrando Rotundi, X. grosos cum fertone.

(Fol. 12.)

UNGARIA SIC EST IN LIBRO SENSUALI.[1]

Ospitale Sancti Steffani unam unciam auri, que dicitur ebon.

Monasterium Sancti Salvatoris de Scala Sancta duos Romanatos.

In episcopatu Agriensi.

In episcopatu Varadiensi.[2]

In episcopatu Jauriensi.

In episcopatu Quinqueecclesiensi.

In episcopatu Vesprimiensi.

Ecclesia Sancti Steffani regis apud castrum Bellegrane unam marcam auri, que est ospitalis Strigoniensis; et monasterium debet fertonem aut duas uncias auri in regillis; ad pondus Ungaricum due uncie faciunt lotonem, et catuor lotones unum fertonem gravis fertonis, computando fertonem pro XVI. grosis.

In archiepiscopatu Collosensi.

In episcopatu Ultrasilvanensi.

Nova domus Teutonicorum in Borsa ultra montes mutu (?) VIII. debet camere pro senssu[3] unam marcam auri; et nota, quod octavo anno pontificatus domini Honorarii *(sic)* III.[4] incepit fieri sensualis.

In episcopatu Zagrabiensi.

In episcopatu Waradiensi.

In episcopatu Cenadiensi.

Ista, que sequuntur, fuerunt abstracta de alio libro, et tradidi ad scribendum per dominum Bernardum de Pereto.

Archiepiscopus Strigoniensis hos habet subfraganeos:

Agriensem
Nitriensem
Waciensem
Jauriensem
Quinqueecclesiensem.
Wesprimiensem.

Archiepiscopus Colosensis habet hos, qui secuntur:

Zagrabiensem
Ultrasilvanensem

[1] Idest: *censuali.*
[2] Erronee pro: *Vaciensi.*
[3] Idest: *pro censu.*
[4] Annus VIII. Honorii papæ III. = 18. Julii a. 1223.—17. Julii a. 1224.

Waradiensem
Cenadiensem
Bosnensem
Sirimiensem.[1]

[BENEFICIA VACANTIA IN REGNO HUNGARIÆ.]

In provincia Strigoniensi et Colosensi sunt vacantia benefficia, que secuntur, que in Curia vacabant, antequam in Ungariam veniremus, et ita scribo, sicut erat in libro.

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis diocesis, vacante per consecrationem episcopi Agriensis, provisum Andree Demetrii IIII. nonas Novembris.

De prepositura Pastuensis *(sic)*, Strigoniensis diocesis, vacante per consecrationem episcopi Agriensis, provisum Jacobo . . . . Sancti Laurentii de An *(sic)* Collosensis dyocesis III. idus Januarii.

De prepositura ecclesie Jauriensis, si vacaverit per asecutionem plebis de Ferotogina, Lucanensis dyocesis, fuit provisum Brixio Johannis de Zala canonico Jauriensi IIII. idus Januarii.

Committitur episcopo Agriensi, quod possit conferre magistratum capellarum de Bitis . . . . . capellarum de Tordoskeddi, de Scandinio, de Salia, de Watha, Strigoniensis dyocesis, vacantibus et devolutis auctoritate Lateranensis concilii, nonas Januarii.

Conceditur episcopo Agriensi, quod possit conferre personis idoneis personatus, qui capelle seu quarte nuncupantur, vacantibus per ipsius consecrationem in diocesi Strigoniensi, III. calendas Desembris.

(Fol. 44a.)

ISTA SUNT NOMINA CANONICONUM, QUI SOLVERUNT DESIMAS SEXANNALES, PROPTER SUAS SIMPLICES CANONIAS RATIONE PRIMI ANNI EIS IMPOSITAS, IN ECCLESIA VACIENSI.[2]

Nicolaus custos solvit, iuratus de credulitate non debere III. fertones et tres grossos.

Blasius canonicus dicti loci tantundem.

Paulus archidiaconus tantundem et extimavit suum archidiaconatum ad XVI. marcas, quas non solvit.

Vincentius canonicus tantundem.

Lector eiusdem ecclesie totidem, et extimavit suum lectoratum ad duas marcas et XII. grossos, non solvit.

Nicolaus prepositus tantundem, solvit ratione prepositure fertonem.

Johannes archidiaconus de Sonoc tantundem.

Petrus Philipi totidem.

[1] Conf. pag. 14.
[2] V. decimæ e dioecesi Vaciensi provenientes supra pag. 254 et 259.

Lagislaus *(sic)* canonicus dicti loci totidem.

Item Nicolaus Reruadi *(sic)* canonicus dicti tantundem.

Georgius canonicus tantundem.

Item Metardus canonicus solvit ratione sue vacantis canonie unam marcam, et debet solvere tres in festo Omnium Sanctorum.

Item Johannes canonicus et substitutus noster debet de sua vacanti canonia IIII. marcas.

Nec superius nominati ratione suarum dignitatum aliquid solverunt, preter unum fertonem, quem solvit Nicolaus prepositus.

Item post festum apostolorum Petri et Pauli solverunt in Vaxsia ratione desimarum sexannalium inferius nominati in Vaxsia, qui secuntur.

Dominicus sacerdos Sancte Marguarite de Vaxsia unum fertonem solvit.

Item Petrus sacerdos eiusdem ecclesie alium fertonem.

Item Paulus succentor solvit ratione sui altaris Beate Virginis, iuratus de credulitate pro IIII. marchis extimavit, XX. et duos grossos cum medio.

Item Johannes subcustos iuratus de credulitate, extimavit altare suum Sancte Katerine ad V. fertones, et solvit VII. grossos pro desima.

Item archidiaconatus de Seguetfev fuit extimatus ad VI. marcas, non solvit, et extimavit cum iuramento credulitatis dominus Paulus archidiaconus.

Dominus Petrus de Pesti iuratus de credulitate extimavit suam plebaniam non ultra XL. marquas valere, et est exempta dicta plebania et sub episcopatu Vaciensi, solvit IIII. marcas Budenses pro desima.

Ista suprascripti non sunt computati in ratione libri, quia dubium est, si solverunt, et si solverunt, faciunt in summa omnes XV. marcas Budenses et VI. grossos cum dimidio.

(Fol. 44b.)

Nota, quod facta tota summa istius libri, hic incipiendo usque finem, invenimus de omnibus solutionibus factis, per dominum Raymundum receptis, mille trecentas quinquaginta octo marchas Budenses cum fertone et XIII. grossis cum dimidio, exceptis aliquibus, qui per ordinem sunt signati, qui non solverunt, sed taxabantur.

[1] Fol. 44b—58b, 78b—79b, 89—96 eiusdem codicis decimæ e dioecesi Strigoniensi provenientes continentur. Conf. librum rationum dioecesis Strigoniensis in Registro maiori, cuius textum mancum codex noster optime explet, pag. 182—236.

IV.

1338—1342.

Rationes Galhardi de Carceribus præpositi ecclesiæ Tituliensis et Petri Gervasii canonici Vivariensis, nuntiorum sedis apostolicæ ad regna Hungariæ et Poloniæ destinatorum, de pecuniis ratione decimarum sexannalium et beneficiorum vacantium in regno Hungariæ collectis.

(Tabularii Vaticani Codex sæc. XIV. Rationes collect. N. 180. fol. 58—62, 68—69, 70—74 75—77, 79—82.)

(Fol. 58—62.)

Notum sit universis de presenti regestro notitiam habituris, quod ego Galhardus de Carceribus ecclesie Tituliensis prepositus, apostolice sedis nuncius, anno Domini MCCCXXXVII. in die sancte Marie Magdalene ex commissione dicte sedis apostolice de regno Polonie in regnum Ungarie perveni, et ea, que inferius continentur, recipere incepi in regno Ungarie supradicto.

Et est sciendum, quod de omnibus et singulis, per me in dicto regno receptis, que inferius conscripta sunt, frater Stephanus ordinis Predicatorum lector ex commissione sibi facta pro parte domini regis Ungarie recepit tertiam partem, cuius commissionis tenor talis est:

Karolus Dei gratia rex Ungarie fidelibus suis universis ecclesiarum prelatis in regno nostro constitutis, specialiter domino archiepiscopo Strigoniensi locique eiusdem comiti perpetuo, episcopis, abbatibus, prepositis, archidyaconis et aliis quibuslibet ecclesiarum rectoribus et ecclesiasticas dignitates tenentibus et eorum vices gerentibus, quibus presentes ostenduntur, salutem et gratiam. Noveritis, quod nos volentes sanctissimo patri domino pape de collecta sexannali, quam super Vos posuerat, iustitiam fieri, cum domino Galhardo preposito Tituliensi, nuncio domini pape, misimus ad Vos religiosum virum fratrem Stephanum lectorem de ordine Predicatorum, capellanum nostrum fidelem, ut super ipsa collecta sexannali rationem Vobiscum ponat, tam de persolutis quam solvendis, precipientes fidelitati vestre firmiter et distincte, quatenus cum eodem nuncio domini pape et homine nostro super ipsa collecta papali rationem

ponere velitis, ita ut super hiis, que persolvistis, instrumenta vestra et cautionem vestram exhibeatis; ea vero, que nondum solvistis, sine omni mora persolvere debeatis, dilatione et occasione non obstante; aliud, sicut nostram gratiam offendere formidetis, non facturi. Datum in Alto Castro secunda die festi Pasche[1] anno Domini MCCCXXXVIII.

PRIMO IN DYOCESI STRIGONIENSI.

Primo abbas de Ludano solvit pro duobus terminis ultimi anni pro decima et pro parte cameram domini nostri pape contingente XXVI. grossos et IIII. banales, sex banales pro grosso quolibet assignando.

Summa totalis XXXIX. grossi et VI. banales, solutis tam domino nostro pape, quam domino regi.

Summa huius pagine XXVI. grossi et IIII. banales.

Item dominus abbas Sancti Benedicti de Gron pro duobus ultimis annis pro decima predicta XIV. marchas, LVI. grossos pro marca qualibet computando, et assignavit VI. banales pro grosso quolibet.

DIOCESIS WESPRIMIENSIS.

Primo dominus Nicolaus abbas de Bel in presentia Bacan *(sic)*, pro ultimo anno I. marcam ad numerum Budensem, sex Viennenses pro grosso quolibet computando. Et plebanus Sancte Marie in Wissegrado promisit de predicta summa solvere VIII. grossos, quos ipse abbas dixit se non habere.

Item Paulus Patas canonicus de Alba pro decima duos florenos.

Summa XV. marcas et duos florenos.

DYOCESIS COLLOCENSIS.

CAPITULUM BACIENSE.

Dominus Martinus canonicus dicte ecclesie solvit pro ultimo anno mediam marcham, LX. banales pro fertone computando.

ARCHIDIACONATUS SIRIMIENSIS.

Primo Helyas presbiter de Charug pro tribus annis ultimis XXX. grossos, VII. banales pro grosso quolibet computando, et ponebant marcham singuli pro XL. grossis.

[1] 13 Aprilis.

Item plebanus de Dobsal pro duobus ultimis annis VI. grossos, VII. banales pro grossó computando.

Item Michael plebanus de Subcastro Sancti Benedicti pro sex annis XVIII. grossos, VII. banales pro grosso computando.

Item plebanus de Semilio Superiori pro parte sua pro quolibet sex annorum tres grossos, VII. banales pro grosso computando.

Item plebanus de Narat solvit XX. grossos pro decima sexennali tota, VII. banales pro grosso computando.

Item plebanus Sancti Michaelis de Udus solvit VIII. pondera pro tota decima, que faciunt VIII. grossos, VII. banales pro pondere computando.

Item Paulus plebanus de Stas solvit pro parte sua I. marcham et tres fertones pro tota decima sexennali, LXX. banales pro fertone quolibet assignando.

Summa IIII. marce et III. fertones.

Item Dominicus eiusdem ecclesie plebanus solvit pro alia parte ecclesie, quam tenet, unam marcam et III. fertones, LXX. banales pro fertone computando, similiter pro tota decima sexennali.

Item plebanus de Francavilla Sancti Johannis Baptiste solvit mediam marcam, LXX. banales pro fertone computando.

Item Petrus de Sol solvit III. fertones, LXX. banales pro fertone computando.

Item Amiratus plebanus de Semelina Inferiori solvit pro tota decima sexennali II. marcas minus XI. grossis, LXX. banales pro fertone computando et VII. banales pro grosso.

Item Johannes de Nova Villa solvit pro tota decima sexannali I. marcam cum fertone.

Item Stephanus de Car solvit pro sex annis I. marcam et I. fertonem, LXX. banales pro fertone computando.

Item Nicolaus plebanus de Besseneu solvit pro tota decima duas marcas et VI. banales, LXX. banales pro fertone computando.

Item abbas de Bellefonte solvit pro ultimo anno X. marchas, LXX. banales pro fertone computando.

Item abbas predictus solvit per manus domini archidiaconi de Ossian in ecclesia Quinqueecclesiarum pro residuis predicte decime XVI. marchas et XXII. banales, VII. banales pro grosso et LXX. pro fertone computando.

Item dominus Almiricus plebanus de Varadino Petri solvit pro tribus annis II. marcas, modo simili computando.

Item Johannes de Estina solvit pro sex annis II. marcas minus fertone, LXX. banales pro fertone computando.

Item Augustinus de Nire solvit pro sex annis LXXII. banales.

Item Gregorius de Sancto Jacobo solvit pro sex annis II. marcas minus fertone.

Item Michael de Estiel solvit pro tota decima I. fertonem et IIII. pondera, VII. banales pro quolibet pondere computando.

Item Johannes de Cimal solvit III. fertones et X. banales.

Item solvit mediam marcam, LXX. banales pro fertone computando.

Summa huius pagine XLII. marce cum dimidia, VIII. grossi et V. banales.

Item Janca plebanus de Sancto Paulo solvit mediam marcam, LXX. banales pro fertone computando.

Item Clemens plebanus de Regnicz solvit pro decima V. marcas cum dimidia, LXX. banales pro fertone computando.

Item idem dominus Clemens solvit pro eadem decima VII. marcas cum dimidia, LXX. banales pro fertone computando.

Item Johannes plebanus Omnium Sanctorum de Dombo solvit marcam minus XL. banalibus, LXX. banales pro fertone computando.

ARCHIDIACONATUS DE BODUICZ.

Paulus de Opos solvit pro tertio et sexto anno et ultimo termino quarti anni XXI. grossos Hungaricales.

ARCHIDIACONATUS BACIENSIS.

Primo Johannes plebanus de Geram solvit pro sexto anno medium fertonem. Item solvit pro parte media tertii anni XVII. banales.

Jacobus de Capud solvit pro alia parte XVII. banales.

Et est sciendum, quod in isto archidiaconatu currunt LX. banales pro fertone et XL. grossi pro marca.

Item Gregorius plebanus de Gumusi solvit XL. banales pro quinto anno. Item pro sexto solvit XL. banales.

Item Michael plebanus de Varadino Petri solvit pro sexto anno LX. banales.

Item Johannes de Cusidi solvit pro sexto anno XX. banales.

Item Nycolaus de Nempti solvit pro quinto et sexto anno pro quolibet annorum LX. banales.

Paulus de Vtiscapu solvit pro sexto anno LX. banales. Item pro quinto anno solvit XL. banales.

Item Ipolitus de Pisqui solvit pro sexto anno XXV. banales.

Item Thomas de Vaisca solvit pro tribus annis mediam marcham, XL. banales pro quolibet anno.

Item Mathias de Car solvit pro sexto anno XXX. banales.

Summa XVI. marce, I. ferto, IIII. grossi et I. banalis.

Item Michael de Vrs solvit pro sexto anno XXX. banales.

Item Johannes de Chax solvit pro sexto anno XXV. banales.

Item Colomannus de Pescen solvit pro sexto anno XX. banales.

Item Laurentius de Sohol solvit pro sexto anno XXV. banales.

Item solvit L. banales pro duobus anni.

Item solvit pro ultimo anno XX. banales.

Item Paulus de Boian solvit pro tribus annis L. banales.

Item Dominicus de Boce solvit pro sexto anno XXXV. banales.

Item Gregorius de Irpot solvit pro sexto anno XXII. banales.

Item Michael de Sancto Michaele solvit pro sexto anno XX. banales.

Item Benedictus de capella de Nogeeg solvit pro duobus annis XXX. banales.

Item solvit pro tribus ultimis annis XXX. banales.

Item Ladislaus de Sap solvit L. banales pro quinto et sexto annis.

Item de Doroslo *(sic)* solvit pro sexto anno XXV. banales.

Item Thomas de Odos solvit pro sexto anno XX. banales.

Item Johannes de Drac solvit pro sexto anno XXV. banales.

Item Petrus de Tamaus solvit pro sexto anno XX. banales.

Item Franciscus de Sancta Cruce solvit pro sexto anno XLI. banales.

Item Johannes de Voseta solvit pro omnibus sex annis XX. banales.

Item Johannes plebanus de Filnait solvit pro quatuor annis XL. banales.

Item Petrus de Rad solvit pro quinto et sexto annis XL. banales.

Item Philippus de Vadacz solvit pro tota decima sexannali VIII. grossos, VII. banales pro grosso computando.

Summa in isto archidiaconatu suprascriptorum IIII. marche cum dimidia et VI. banales.

Item Johannes de Bosac solvit pro sex annis XXVIII. banales.

Item Michael plebanus de Nova Villa solvit pro tribus ultimis annis CL. banales.

Item Egidius de Egres solvit pro omnibus sex annis XX. banales.

Summa III. marce cum dimidia, VII. grossi, II. denarii.

Item Dominicus de villa Omnium Sanctorum solvit pro quinto et sexto annis XII. grossos.

Item Thomas de Bogello solvit pro IIII. annis L. banales minus I. banali.

Item Petrus de Taxa solvit pro quatuor annis XII. grossos.

Item Georgius de Fome solvit XL. banales.

Item Gallus de Minori Bodok solvit pro sex annis XL. banales.

Item Lucas de Sancto P. solvit pro sex annis XLV. banales.

Item Nicolaus de Gare solvit XL. banales.

Item solvit XL. banales.

Item solvit XIIII. banales.

Item Benedictus de Sancto Johanne solvit LX. banales.

Item solvit XXX. banales.

Item solvit L. banales.

Item P. plebanus de Fauo solvit LXX. banales.

Item Marcellus de Til solvit LXXX. banales.

Item solvit XX. banales.

Item Nicolaus de Cheric solvit mediam marcham.

Item sacerdotes de Nire solverunt pro quolibet duorum annorum LX. banales.

Item Valentinus plebanus de Sed solvit LX. banales pro sex annis.

Item Benedictus de Figicz solvit pro tribus annis XVI. grossos.

ARCHIDIACONATUS CZEGEDIENSIS.

Primo dominus Dominicus prepositus Sancti Irenos ac subcollector solvit et assignavit de pecuniis per eundem recollectis in recollectione sua VII. marcas monete Czegediensis.

Item idem assignavit II. marcas et I. grossum, LX. grossos pro marca computando.

Item assignavit duos ciphos argenti, quemlibet pro LVI. grossis

Hungaricalibus, qui faciunt I. marcam cum dimidia et IIII. grossos, sex banales pro grosso et LX. grossos pro marca computando.

Item presbyteri de Sancto Georgio de Czegedino solverunt pro ultimo termino sexti anni tres fertones.

Summa XV. marce, III. fertones et VIII. grossi et II. banales.

Item presbyteri de Sancto Demetrio de Czenadino III. fertones similiter pro eodem termino.

Item capitulum de Keu solvit pro residuis decime sexennalis imposite olim per dominum Clementem papam in concilio Wiennensi VIII. marcas et XLI. banales, LX. banales pro fertone computando.

Summa totius recepte una cum fratre Stephano CVIII. marcas et XVI. grossos, que faciunt marcas Budenses LXXVII. marcas et XXIIII. grossos.

Anno Domini MCCCXL. XIII. die Februari dominus Nicolaus archidiaconus Baciensis, subcollector eiusdem decime, assignavit pro personis infrascriptis pecunias infrascriptas, et iuravit, quod infra terminum per me eisdem assignatum easdem pecunias deposuerant in ede sacra propter absentiam meam ad regnum Polonie, et assignavit pro tribus annis ultimis, in qua assignatione Thomas lector ordinis Sancti Augustini de mandato domini regis presens fuit.

Primo assignavit pro Gallo custode I. marcam cum dimidia pro prebenda et pro custodia duas marcas cum dimidia.

Item pro Demetrio cantore Sancti Irinei pro prebenda unam marcam cum dimidia.

Item pro Benedicto canonico I. marcam cum dimidia et I. fertonem pro villa, quam tenet, similiter pro tribus annis.

Item pro Johanne Phisico pro prebenda sua similiter pro tribus annis solvit II. marchas et XXX. banales.

Item pro Michaele quondam decano I. marcham cum dimidia.

Item pro Cosma decano duas marcas.

Summa assignate pecunie pro supradictis de supradicta XIII. marche minus XXX. banalibus, videlicet LX. banales antiquos pro fertone computando. Et fuit actum expresse, quod si tales banales non currerent ibidem, quod ipsi solventes servarent cameram indempnem.

Item dominus Nycolaus archidiaconus predictus solvit IIII. marchas ad numerum predictum, in quibus facta ratione pro plebanis sui archidiaconatus remanserat obligatus.

Summa XXV. marce, III. fertones, XI. banales.

Item dominus Nicolaus archidiaconus iam dictus solvit pro se ipso similiter pro tribus annis III. marcas minus XXX. banalibus.

Item Dominicus canonicus solvit pro omnibus sex annis III. marcas, videlicet pro quolibet anno mediam marcam.

Notandum, pro prefato domino archidiacono pro aliis tribus annis, assignavi terminum usque ad octavas Pasche nunc venturas ad solvendum. Et idem dominus archidiaconus cum magistro Thoma promiserunt infra mediam quadragesimam solvere II. florenos pro VI. pensis, que remanebant ad solvendum pro capitulo supradicto.

Notandum quod anno Domini MCCCXL. XVI. die Maii in Damas ego de pecunia per me in presentia fratris Thome lectoris ordinis Sancti Augustini recepta assignavi domino Paulo dicto Mayor pro parte regis VI. marcas cum dimidia et IX. grossos, LX. banales antiquos, sicut recepi, pro fertone computando, presentibus domino Petro Geruasii apostolice sedis nuncio, magistris Guilhelmo canonico Quinqueecclesiensi et Petro Gundonis, auctoritate apostolica notariis publicis.

Summa totius recepte pecunie in presentia fratris Thome XXII. marche et III. floreni.

Sciendum, quod de omnibus suprascriptis receptis per me in supradicto regno in presentia predictorum fratrum Stephani et Thome dominus rex prefatus habuit tertiam partem, sed de infrascriptis non. Quia prefatus dominus rex recepit octingentas marcas Budenses, in quibus tenebatur Friczcho civis Budensis et causa mutui recepti a domino Jacobo Berengarii.

Item dominus Jacobus de Lengres assignavit Budenses XXVII. marcas minus XII. grossis, sex banales pro grosso et quinquaginta sex grossos pro marca una computando.

Item Nycolaus de Czotmar assignavit michi centum florenos et domino Petro Geruasii me presente et de voluntate mea noningentos florenos.

Summa XXXII. marce cum dimidia et VII. grossi et centum floreni.

SEQUITUR DIOCESIS QUINQUEECCLESIENSIS.

Magister Guilhelmus canonicus ibidem solvit pro domino episcopo Quinqueecclesiensi[1] centum marchas ad numerum civitatis et diocesis eiusdem, videlicet XLVIII. grossos pro marca computando in banalibus, que faciunt marcas Budenses LXXI. marcas et XXIIII. grossos.

[1] Ladislaus de Korogh episcopus Quinqueecclesiensis a. 1312—1345.

SEQUITUR DIOCESIS WACIENSIS.

Dominus . . . episcopus Waciensis[1] XLVIII. florenos de summa ducentarum marcarum, in quibus camere domini nostri pape fuerat obligatus.

Item Nycolaus archidyaconus Bachiensis nomine capituli ecclesie Bachiensis pro prepositura vacante in Curia eiusdem ecclesie XL. florenos.

Summa pagine LXXI. marce, XXIIII. grossi et LXXXVIII. floreni.

(Fol. 68a—69b.)

HEC EST RATIO MAGISTRI PETRI GERUASII CANONICI ANICIENSIS, DUDUM APOSTOLICE SEDIS NUNCII IN REGNO UNGARIE DESTINATI, DE HIIS, QUE IBIDEM RECEPI.

Anno Domini MCCCXXXVIII. die II. mensis Maii ego Petrus Geruasii canonicus Viuariensis, apostolice sedis nuncius ad regnum Ungarie destinatus, exivi civitatem Auinionensem seu Romanam Curiam, arripiendo iter et continuando ad regnum Ungarie supradictum. Et dicta die recepi pro subsidio expensarum mearum a camera apostolica per manus reverendi patris domini Johannis episcopi Auinionensis,[2] domini nostri pape thesaurarii, octuaginta florenos auri, quos eidem camere restituere debeo, vel de meis stipendiis defalcare.

Instrumentum: magister Bernardus Canella.

Sequitur de hiis, que recepi in dicto regno Ungarie et primo de hiis, que recepi a domino Jacobo Berengarii operario monasterii Crassensis ordinis Sancti Benedicti, diocesis Carcassonensis, olim in dicto regno dicte sedis apostolice nuncii, et a subcollectoribus et debitoribus ipsius.

Anno, quo supra, die XVII. mensis Julii ego dictus Petrus Geruasii recepi in dicto regno Ungarie a religioso viro domino Jacobo Berengarii operario monasterii Crassensis ordinis Sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, olim in predicto regno Ungarie apostolice sedis nuncio, de receptis per eum nomine apostolice camere per manus Jacobi Berengarii nepotis sui centum florenos auri de Ungaria.

Instrumentum: magister Petrus de Montilio.

Summa pagine CLXXX. floreni auri.

[1] Fors. Rodulphus ord. S. Dominici a. 1329—1342.
[2] Johannes III. de Cojordan episcopus Aveniensis a. 1335—1348.

Anno, quo supra, die XXVIII. mensis Octobris ego dictus Petrus Geruasiii recepi a supradicto domino Jacobo Berengarii ducentos florenos auri, videlicet centum per manus domini Galhardi de Carceribus prepositi Tituliensis, et alios centum per manus eiusdem domini Jacobi Berengarii.

Instrumentum: magister Petrus de Montilio.

Item anno a nativitate Domini MCCCXL. die prima Febroarii recepi a dicto domino Jacobo Berengarii sex marchas et sex pondera auri decem et septem carrattarum ponderis Budensis.

Item ibidem recepi ab eodem sex marchas et sex pondera auri decem et octo carattarum ponderis Budensis.

Item recepi ibidem ab eodem domino Jacobo Berengarii per manus magistri Petri de Montilio clerici mei duecentos florenos auri.

Instrumentum: idem magister Petrus tam de predictis ducentis florenis, quam de duodecim marchis et duodecim ponderibus auri.

Item anno, quo supra, die . . . dicti mensis Febroarii in Buda presente domino Galhardo socio meo recepi a dicto domino Jacobo Berengarii per manus Nicholai de Zothomar tam in uno frustro auri ponderis quinque fertones, quam in florenis auri et banalibus antiquis, omnibus simul computatatis in una summa, ad valorem octingentorum et octoaginta florenorum auri, computatis in dicta summa viginti florenis auri, quos a dicto Nicola receperam mutuo pro necessitatibus meis.

Instrumentum: Petrus de Montilio.

Summa pagine MCCLXXX. floreni, XII. marche cum dimidia auri de Ungaria.

Item anno Domini MCCCXL. die prima mensis Aprilis recepi a dicto domino Jacobo Berengarii per manus domini Johannis de Agria civis Budensis trescentos decem et septem florenos auri de Ungaria.

Habuit litteras, quia noluit habere instrumentum.

Item anno, quo supra, die VI. mensis Maii recepi a domino Jacobo Berengarii operario monasterii Crassensis per manus domini Joh nis de Agria quadringentos octoaginta tres florenos auri de Ungaria.

Habuit litteras, quia noluit habere instrumentum.

Item anno, quo supra, die XXV. mensis Novembris recepi a domino

Johanne dicto Decano canonico Zagrabiensi, subcollectore decime sexannalis, olim imposite in concilio Viennensi, per dictum dominum Jacobum Berengarii deputato in civitate et diocesi Zagrabiensi, sexcentas decem et octo marcas cum septuaginta denariis monete Misbani, computando CC. denarios pro una marca, et fuit vendita dicta pecunia seu permutata pro MCCCCLVII. florenis auri.

Item recepi ab eodem domino Johanne decem florenos auri legatos in subsidium Terre Sancte, sed non nominavit personam.

Instrumentum: magister Petrus de Montilio.

Summa pagine IIM. IICC. LXVII. floreni.

Item anno Domini MCCCXLI. in die Epiphanie Domini recepi a domino Radulpho episcopo Vaciensi per manus domini Johannis prepositi dicte ecclesie Vaciensis de pecunia recepta mutuo per dictum dominum episcopum a domino Jacobo Berengarii de collectis pecuniis per ipsum dominum Jacobum Berengarii nomine Romane Ecclesie et apostolice camere in regno Ungarie.

Habuit litteras, quia noluit habere instrumentum.

Item anno, quo supra, die IX. mensis Junii recepi a capitulo ecclesie Vesprimiensis tresdecim marchas et tres pensas parvulorum Viennensium, computando decem pensas pro marcha et XL. denarios pro pensa, fuerunt vendite pro XVII. florenis auri.

Item anno et die, quibus supra, recepi ab eodem capitulo ecclesie Vesprimiensis V. florenos auri.

Item anno et die, quibus supra, recepi ab eisdem capitulo ecclesie Vesprimiensis LVII. grossos Ungaricales cum clipeo regis, quorum XVIII. grossi venditi fuerunt pro uno floreno. Valent III. florenos auri cum III. grossis.

Et est sciendum, quod predictas pecunias deposuerat penes dictum capitulum Johannes Alexandri frater quondam Nicolai archidiaconi dicte ecclesie Vesprimiensis, qui fuerat subcollector decime sexannalis in predictis civitate et diocesi Vesprimiensi per dictum dominum Jacobum Berengarii deputatus, prout dictum capitulum asserebat, et de maiori summa sibi fecerat rationem.

Summa pagine VIIC. XXIIII. floreni et tres grossi de Ungaria.

Item anno, quo supra, die VI. mensis Maii recepi a domino Johanne dicto Decano, subcollectore decime sexannalis, olim imposite in concilio Viennensi in civitate et diocesi Zagrabiensi, de summa XXXVI. marcharum monete Zagrabiensis, computando marcham pro CC. denariis, recepi XXII. marchas, quas Venetiis vendidi pro XLVI. florenis auri.

Et reliquas XIIII. marchas dimisi sibi pro expensis, quas fecerat dictam decimam colligendo.

Summa predictorum, per me Petrum Geruasii a domino Jacobo Berengari et a suis subcollectoribus et debitoribus receptorum, IIIIM. IIIIC. XVII. floreni, XII. marche cum XII. ponderibus auri et III. grossi Ungaricales.

(Fol. 70—74.)

Sequitur de hiis, que recepi de bonis et debitis relictis per dominum Jacobum de Lengres sacristam ecclesie Carpentoratensis, quondam apostolice sedis nuncium et collectorem decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi et aliorum proventuum spectantium ad apostolicam cameram in regno Ungarie, qui in partibus illis diem clausit extremum.

Anno Domini MCCCXXXVIIII. die XIIII. mensis Maii ego Petrus Geruasii canonicus Aniciensis recepi de bonis relictis per dominum Jacobum de Lengres sacristam Carpentoratensem per manus domini Oliuerii militis et procuratoris domini regis Ungarie in domo Wluingi civis Budensis VII. fertones cum I. loto auri, tenentes XVII. carattos.

Item anno, die et loco, quibus supra, recepi de dictis bonis per manus eiusdem militis viginti septem marchas cum uno fertone et dimidio argenti in vasis argenteis, que ibidem vendite fuerunt pro CXXXVI. florenis auri de Ungaria.

Item recepi ibidem unum breviarium de usu Curie Romane, quod dimisi in partibus illis vendendum per dominum Galhardum de Carceribus apostolice sedis nuncium.

Instrumentum: magister Johannes de Brest notarius dicti domini Galhardi.

Summa pagine CXXXVI. florenos, marcham et tres quartas auri.

Et est sciendum, quod dictus dominus Oliuerius procurator domini regis Ungarie recepit ibidem ex parte domini regis et de mandato ipsius de pecuniis relictis per dictum dominum Jacobum de Lengres quondam VIIC. XL. florenos auri, asserens, quod debebantur dicto domino regi pro eo, quod idem domi-

nus rex debebat habere ex largitione apostolica tertiam partem de tota pecunia, que in regno suo Ungarie colligebatur per nuncios sedis apostolice, et dictus dominus Jacobus de Lengres de hiis, que colligerat, modicum aut nichil dederat dicto domino regi.

Item anno, quo supra, die II. Junii recepi per manus domini Ladislai episcopi Quinqueecclesiensis de bonis relictis per dictum dominum Jacobum de Lengres in vasis argenteis XXXII. marchas cum dimidia argenti ponderis Budensis.

Instrumentum: magister Johannes de Brest.

Item anno Domini MCCCXL. die XVI. Januarii vendidi sal, quod dominus Jacobus de Lengres habebat tempore mortis sue in domo Hermitarum Sancti Augustini Bude, pro CCLXIX. florenis auri.

Item anno, quo supra, die III. mensis Aprilis recepi a domino Nicolao episcopo Agriensi[1] per manus Nicolai dapiferi sui, de pecunia per ipsum dominum episcopum Agriensem mutuo recepta a domino Jacobo de Lengres quondam, XX. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Instrumentum: Petrus Bizeti.

Summa pagine CCLXIX. floreni, XXXII. marche cum dimidia argenti, XX. marche grossorum Ungarie.

Item anno Domini MCCCXL. die III. mensis Aprilis recepi a domino Johanne vicario domini episcopi Agriensis per manus Nicolai dapiferi eiusdem domini episcopi, de pecunia per dictum dominum Johannem mutuo recepta a domino Jacobo de Lengres quondam, X. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Instrumentum: Petrus Bizeti.

[Item anno MCCCXL. die VI. Maii dominus Ladislaus episcopus Quinqueecclesiensis de summa duorum milium et sexcentorum ac tresdecim florenorum auri, in quibus apostolice camere tenebatur pro septingentis marchis grossorum ad numerum Budensem, quas a domino Jacobo de Lengres mutuo receperat, de mandato mei Petri Geruasii solvit et tradidit fratri Angelo de Clugia priori et conventui Sanctorum Johannis et Pauli ordinis Predicatorum Venetensium II^{M}. florenos auri de Florentia.

[1] Nicolaus II. episcopus Agriensis a. 1330—1358.

Quos siquidem II^{M}. florenos auri dominus Bernardus de Lacu tunc nuncius sedis apostolice in partibus Venetorum de mandato et auctoritate domini nostri pape Benedicti XII. recepit, nulla facta mentione mei Petri Geruasii, quamvis dominum episcopum Quinqueecclesiensem recepto instrumento solutionis dicte pecunie absolverim et quitaverim nomine apostolice camere de summa dictorum duorum milium florenorum.

Instrumentum: Petrus de Montilio.] [1]

Item anno Domini MCCCXLI. die XXVIIII. mensis Augusti dominus Ladislaus episcopus Quinqueecclesiensis de mandato mei Petri Geruasii solvit Venetiis priori et conventui Sanctorum Johannis et Pauli ordinis Predicatorum de summa VII^{C}. marcharum Budensis numeri, quas mutuo receperat a domino Jacobo de Lengres quondam, VI^{C}. XIII. florenos auri.

Ego Petrus Geruasii recepi a priore et conventu predictis.

Summa pagine VI^{C}. XIIII. floreni auri, X^{L}. marche grossorum Ungarie.

Item anno Domini MCCCXLI. die X. mensis Martii recepi a domino Mescone episcopo Vesprimiensi [1] de pecunia per ipsum mutuo recepta a domino Jacobo de Lengres quondam, per manus domini Ladislai canonici ecclesie Albensis XIIII. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Habuit literas, quia noluit instrumentum habere.

Item anno Domini MCCCXLII. die XVIII. mensis Aprilis recepi a domino Guillelmo abbate monasterii Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie [4] de pecunia per eum recepta mutuo a domino Jacobo de Lengres quondam per manus fratris Johannis capellani sui, monachi dicti monasterii, X. marchas grossorum Budensis numeri.

Habuit litteras.

Summa pagine XXIIII. marche grossorum de Ungaria.

Summa perceptorum per me Petrum Geruasii de bonis et debitis per dominum Jacobum de Lengres quondam sedis apostolice nuncium et collectorem decime sexannalis et aliorum proventuum apostolice camere in regno Ungarie relictis .

VII. fertones cum I. lotone auri,

---

[1] Deletum, cum nota marginali: *Vacat.*
[2] X^{L}. idest: quingenti.
[3] Mesko (Michael) episcopus Vesprimiensis a. 1334—1342.
[4] Guillelmus Hammer abbas monasterii S. Martini de monte Pannoniæ a. 1333—1355.

IM. et XVIII. florenos auri,
XXXII. marchas cum dimidia argenti,
LIIII. marchas grossorum ad numerum Budensem,
I. marcham, III. quartas auri.

Sequitur de hiis, que ego Petrus Geruasii collegi et recepi in dicto regno Ungarie de decima sexannali, olim imposita in concilio Viennensi, seu de ipsius residuis restantibus ad solvendum tunc.

Anno Domini MCCCXL. die III. mensis Aprilis recepi a domino Nicolao episcopo Agriensi per manus Nicolai dapiferi sui de decima sexannali olim imposita in concilio Viennensi, restanti ad solvendum de fructibus, redditibus mense episcopalis sue, quadraginta sex marchas grossorum, computando L. grossos pro qualibet marcha, valent XLI. marchas et IIII. grossos ad numerum Budensem, computando marcham Budensem pro LVI. grossis.

Item anno Domini MCCCXLI. die XIX. mensis Januarii recepi a domino Vito episcopo Nitriensi[1] pro decima sexannali olim imposita in concilio Viennensi, restanti ad solvendum de fructibus, redditibus et proventibus mense sue episcopalis, XIIII. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Summa pagine LV. marche, III. grossi.

Item anno Domini MCCCXLI. die XXI. mensis Martii recepi a subcustode ecclesie Agriensis per manus domini Johannis vicarii domini episcopi Agriensis LXXXXI. grossos Ungaricales, sed ob quam causam ipsos assignabat, dicere noluit.

Habuit litteras et instrumentum.

Item anno, quo supra, die X. mensis Julii recepi a capitulo ecclesie Nitriensis ratione decime sexannalis non solute per eos ultimo anno solutionis eiusdem, ut dicebant, IIII. marchas grossorum numeri Budensis.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXVII. mensis Augusti recepi a domino Petro cantore ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ratione decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi, non solute de fructibus,

[1] Vitus de Castro Ferreo episcopus Nitriensis a. 1334—1347.

redditibus et proventibus cantorie sue III. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXVIII. mensis Augusti recepi a domino Paulo de Pachatz canonico ecclesie Albensis ratione decime sexennalis olim imposite in concilio Viennensi, non solute de magistratu altaris Beate Marie eiusdem ecclesie, IIII. florenos auri.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXX. mensis Augusti recepi a domino Johanne custode ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ratione decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi, restantis ad solvendum de fructibus, redditibus et proventibus custodie sue, XVI. marchas grossorum antiquorum ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Summa pagine XVI. marche antiquorum, VIII. marche Budenses, XXXV. grossi, IIII. floreni de auro.

Item anno Domini MCCCXLI. die XXX. mensis Augusti recepi a domino Eymerico canonico et notario ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ratione decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi, restantis ad solvendum pro capellis suis Sancti Johannis Baptiste et Sancte Agathe, I. florenum auri.

Habuit litteras.

Item eodem die recepi a magistro Johanne Bithirmensi canonico ecclesie Albensis predicte ratione decime non solute pro ecclesia sua de Ynam Vesprimiensis diocesis LX. denarios parvulos de Alba Regali.

Habuit litteras.

Item anno et die, quibus supra, recepi a magistro Paulo rectore ecclesie Sancti Emerici ducis de Alba Regali ratione decime non solute pro dicta ecclesia XX. grossos Ungaricos.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XVI. mensis Septembris recepi a domino Nicolao archidiacono Symigiensi, olim lectore ecclesie Vesprimiensis,

ratione decime non solute pro dicto lectoratu ecclesie Vesprimiensis anno Domini MCCCXXXVI., quo fructus recepit lectoratus eiusdem, XXVIII. grossos Ungaricos.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die penultima mensis Septembris recepi a domino Johanne custode ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ratione decime non solute pro dicta custodia sua VII. marchas cum dimidia in grossis antiquis ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Summa pagine VII. marche cum dimidia antiquorum, XLVIII. grossi, I. florenus, XL. denarii parvuli de Alba Regali.

Item anno Domini MCCCXLI. die VI. mensis Octobris recepi a capitulo ecclesie Nitriensis per manus magistri Mathie canonici dicte ecclesie ratione decime olim imposite in concilio Viennensi, non solute per eos, ut dicebant, ultimo anno collectionis eiusdem, III. marchas ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XVII. mensis Octobris recepi a domino Jacobo canonico Albensis ecclesie ratione decime non solute pro altari suo Sancti Ladislai regis, quod obtinet in dicta ecclesia, IIII. pensas parvulorum denariorum de Alba Regali, I. pensam latorum Viennensium.

Habuit litteras.

Item anno Domini MCCCXLII. die XVIII. mensis Februarii recepi ab abbate de Scala, Nitriensis diocesis, ratione decime sexannalis non solute, ut dicebat, VI. anno solutionis ipsius de fructibus monasterii sui, VIII. pensas denariorum Viennensium.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die IIII. mensis Martii recepi a preposito ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ratione decime non solute de fructibus, redditibus et proventibus ipsius prepositure sue V. marchas cum dimidia argenti.

Item anno, quo supra, die X. mensis Martii recepi a capitulo ecclesie Vesprimiensis per manus Ladislai canonici Albensis ecclesie ratione

decime non solute de fructibus, redditibus et proventibus ipsius capituli ecclesie Vesprimiensis V. marchas grossorum cum una pensa ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Summa pagine V. marche cum dimidia argenti, VIII. marche Budenses, IX. pense Viennensium, IIII. pense parvulorum denariorum de Alba Regali.

Item anno videlicet MCCCXLII., quo supra, die X. mensis Martii recepi a domino Meskone episcopo Vesprimiensi per manus dominí Ladislai canonici Albensis ecclesie ratione decime sexannalis, olim imposite in concilio Viennensi, non solute pro mensa sua episcopali, XV. marchas grossorum et tres pensas ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XVII. mensis Martii recepi a domino abbate de Clus, Strigoniensis diocesis, ordinis Sancti Benedicti, ratione decime sexannalis non solute per eum I. marcham grossorum in latis Viennensibus.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XVIII. mensis Aprilis recepi a domino Guillelmo abbate monasterii Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, Jauriensis diocesis, ratione decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi, non solute de fructibus, redditibus et proventibus suis dicti monasterii, LVII. marchas grossorum.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXV. mensis Aprilis recepi a domino abbate de Clus, Strigoniensis diocesis, ratione decime non solute pro dicto monasterio II. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXV. mensis Aprilis recepi a domino abbate monasterii de Zoborio, Strigoniensis diocesis, ratione decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi, non solute per eum, XL. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Summa pagine CXV. marche Budenses et III. pense Viennensium.

Item anno Domini MCCCXLII. die penultima mensis Aprilis recepi a domino abbate Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie per manus Johannis Flamingi famuli sui ratione decime non solute III. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Summa predictorum per me Petrum Geruasii receptorum a diversis personis in regno Ungarie de residuis decime sexannalis, olim imposite in concilio Viennensi, non solute et per alios collectores aut subcollectores non collecte:

CLXXXX. marche grossorum ad numerum Budensem, XXXI. grossi,

XXIII. marche grossorum antiquorum cum dimidia,

V. pense cum dimidia parvulorum denariorum de Alba Regali, computando XL. denarios pro pensa,

V. marche argenti cum dimidia,

V. floreni auri,

XII. pense Viennensium latorum, que valent I. marcham et XXIIII. grossos, computando XL. denarios Viennenses pro I. pensa et VI. denarios Viennenses pro grosso.

(Fol 75—77.)

SEQUITUR DE HIIS, QUE RECEPI DE FRUCTIBUS, REDDITIBUS ET PROVENTIBUS BENEFICIORUM IN REGNO HUNGARIE VACANTIUM APUD SEDEM APOSTOLICAM.

Anno Domini MCCCXLI. die XX. mensis Febroarii recepi a capitulo ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, per manus domini Ladislai canonici dicte ecclesie ratione fructuum, reddituum et proventuum duarum prebendarum in dicta ecclesia, apud sedem apostolicam vacantium, unius videlicet per mortem Chame, et alterius per promotionem et consecrationem domini Colomanni episcopi Jauriensis,[1] V. florenos auri.

Item recepi ab eodem pro eadem causa I. marcham et XII. grossos ad numerum Budensem.

Item XXXVI. pensas parvorum denariorum de Alba Regali, que vendite fuerunt pro IIII. florenis auri et VI. grossis Ungaricis.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XII. mensis Maii recepi a capitulo ecclesie Zagrabiensis per manus Nicholeti de Metzo ratione fructuum duarum

[1] Colomannus II. episcopus Jauriensis a. 1337—1374.

prebendarum in dicta ecclesia Zagrabiensi, apud sedem apostolicam vacantium, unius videlicet per promotionem et consecrationem domini Laurentii episcopi Bozenensis,[1] et alterius per obitum magistri Chame quondam canonicorum dicte ecclesie, CXXX. florenos auri.

Item recepi a capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis per mortem fratris Johannis subprioris conventus Predicatorum Budensis ratione fructuum duarum prebendarum in dicta ecclesia, apud sedem apostolicam vacantium per mortem et promotionem supradictorum, CXX. florenos auri.

Summa pagine CCLIX. floreni, I. marcha et XVIII. grossi ad numerum Budensem.

Item anno Domini MCCCXLI. die XVI. mensis Junii recepi a capitulo ecclesie Strigoniensis per manus domini Jacobi prepositi Sancti Thome et domini Mathie archidiaconi Comariensis et domini Petri archidiaconi Gumuriensis, canonicorum dicte ecclesie Strigoniensis, que per unum annum vacaverat apud sedem apostolicam per promotionem et consecrationem domini Colomanni episcopi Jauriensis, LXXXVIII. marchas grossorum in latis Viennensibus, XII. marchas grossorum in banalibus, computando LVI. grossos pro marcha et VI. denarios utriusque monete pro quolibet grosso.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXIX. mensis Augusti recepi a capitulo ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, per manus domini Ladislai canonici eiusdem ecclesie, ratione fructuum duarum prebendarum in dicta ecclesia, apud sedem apostolicam vacantium, unius per mortem magistri Chame, et alterius per promotionem domini Colomanni episcopi Jauriensis, in diversis monetis valorem XX. florenorum auri.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXVIII. mensis Octobris recepi a capitulo ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, per manus magistri Pauli rectoris ecclesie Sancti Eymerici et magistri Petri canonici dicte ecclesie, ratione fructuum predictarum duarum prebendarum apud sedem apostolicam vacantium et ratione decime non solute, nulla distinctione facta, XIX.

[1] Laurentius episcopus Bosnensis a. 1335—1347.

florenos auri, VIII. marchas grossorum ad numerum Budensem in uno frustro auri.

Summa pagine XCVI. marche Budenses, XII. marche grossorum in banalibus, XXXIX. floreni.

Item anno Domini MCCCXLII. die XVII. mensis Februarii recepi a capitulo ecclesie Bachiensis, Colocensis diocesis, de summa ducentorum florenorum auri, in quibus mecum convenerant pro fructibus duorum annorum tunc preteritorum prepositure dicte ecclesie tunc vacantis apud sedem apostolicam per mortem magistri Chame, CLX. florenos auri, reliquos XL. florenos habuerat seu receperat ab eis dominus Galhardus de Carceribus prepositus Tituliensis.

Habuerunt litteras.

Item anno, quo supra, die XII. mensis Martii recepi a domino Paulo capellano iudicis curie ratione fructuum unius prebende in ecclesia Vesprimiensi apud sedem apostolicam vacantis per mortem Chame II. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die VIII. mensis Maii recepi a capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis per manus domini Martini archidiaconi de Marchia, canonici dicte ecclesie, ratione fructuum duarum prebendarum in predicta ecclesia, apud sedem apostolicam vacantium, unius videlicet per mortem Chame, et alterius per promotionem et consecrationem domini Laurentii episcopi Bozenensis, XLVIII. florenos auri.

Habuit litteras.

Summa pagine CCVIII. floreni, II. marche Budenses.

Item anno Domini MCCCXLII. die XIX. mensis Junii recepi a domino Johanne dicto Decano, canonico ecclesie Zagrabiensis, ratione fructuum duarum prebendarum in dicta ecclesia, apud sedem apostolicam vacantium, unius videlicet per mortem magistri Chame, alterius per promotionem et consecrationem domini Laurentii episcopi Bozenensis,[1] XXXVI. florenos auri.

Habuit litteras.

Item est sciendum, quod dominus Andreas episcopus Waradien-

sis[1] convenerat mecum de fructibus prepositure ecclesie Waradiensis, que per mortem domini Stephani quondam prepositi dicte ecclesie per duos annos cum dimidio apud sedem apostolicam vacaverat, de quibus idem episcopus confessus fuit fructus huiusmodi percepisse pro mille florenis auri, quos camere solvit, prout constare vidi per litteras domini Jacobi de Broa tunc apostolice camere thesaurarii.

Summa predictorum per me Petrum Geruasii de fructibus, redditibus et proventibus beneficiorum vacantium apud sedem apostolicam in regno Ungarie receptorum VC. XLII. floreni auri, LXXXXIX. marche grossorum ad numerum Budensem cum XVIII. grossis, XII. marche banalium.

Summa summarum omnium predictorum per me Petrum Geruasii receptorum ex quacunque causa in regno Ungarie:

VIM. et LXII. floreni auri,
XIIII. marche cum I. quartone auri,
CCCXLV. marche grossorum ad numerum Budensem XX. grossorum,
XII. marche banalium Strigoniensium,
XXIII. marche cum dimidia antiquorum grossorum Ungaricorum,
V. pensas cum dimidia parvulorum denariorum de Alba Regali,
XXXVIII. marchas argenti.

Item sciendum est, quod de supradicta summa CCCXLV. marcharum XX. grossorum ad numerum Budensem vendite fuerunt seu commutate pro MCCXLVII. florenis auri de Ungaria et XI. grossis cum dimidio, computando marcham pro LVI. grossis et florenum auri quemlibet pro XV. grossis et dimidio.

Item XV. marche grossorum ad numerum Budensem restantes de supra nominata maiori summa fuerunt commutate seu vendite Venetiis pro L. florenis auri et VI. grossis.

Item XII. marche grossorum banalium supradictorum vendite fuerunt pro XXXVIIII. florenis auri et IX. grossis Ungaricis, dando pro quolibet floreno XVII. grossos, et marcham pro LVI. grossis computando.

Item XXIII. marchas *(sic)* cum dimidia grossorum antiquorum supradictorum vendite fuerunt seu commutate pro LXXIII. florenis auri, II. grossis, dando pro quolibet floreno XVIII. grossos, computando marcham pro LVI. grossis.

Item V. pense cum dimidia parvulorum denariorum vendite fuerunt pro XI. grossis Ungaricis.

[1] Andreas episcopus Varadiensis a. 1329—1345.

Item de supradicta summa XXXVIII. marcharum argenti XXX. marche vendite fuerunt pro CL. florenis auri.

Item relique VIII. marche vendite fuerunt pro XXXIX. florenis auri cum dimidio grossorum, dando marcham pro V. florenis minus duobus grossis.

Summa florenorum auri receptorum pro prenominatis pecuniis et argento, ut premittitur, venditis seu commutatis, mille VC. XLIII. floreni auri, computatis in dicta summa III. floreni pro XLVI. grossis cum dimidio.

Summa universalis omnium receptorum, facta reductione ad florenos, prout supradicitur, VIIM. VIC. XII. floreni, XIIII. marche, I. quarta, III. grossi.

(Fol. 79—82.)

HEC SUNT EXPENSE NECESSARIO FACTE PER ME PETRUM GERUASII CANONICUM VIUARIENSEM, APOSTOLICE SEDIS NUNCIUM IN REGNO UNGARIE, PRO MITTENDIS NUNCIIS ET EXTRAHENDIS PECUNIIS A DICTO REGNO ET PRO SECURIS CONDUCTIS.

Primo anno Domini MCCCXXXVIII. die ultima Junii dedi uni famulo iudicis Pozoniensis, qui me conduxerat per III. dies usque ad Strigonium, I. florenum auri et XXXVI. Viennenses, valent VI. grossos.

Et nichilominus solvi expensas diebus, quibus mecum fuit.

Item anno, quo supra, die VI. mensis Julii, cum dominus Galhardus de Carceribus collega meus tunc exivisset dictum regnum Ungarie et ivisset in Poloniam, misi sibi nuncium unum, significando sibi adventum meum, et rogando eum, ut veniret informaturus me de agendis, quia alii ducebant me per verba, et dedi illi nuncio IIII. florenos auri.

Item anno, quo supra, scripsi domino Jacobo de Lengres, qui erat Quinqueecclesiis, et mandavi sibi, ut veniret Strigonium, auditurus mandatum domini pape, unacum domino Jacobo Berengario operario monasterii Crassensis socio suo, quia littere ambobus simul dirigebantur, et dedi nuncio XX. grossos.

Item anno Domini MCCCXXXIX. die penultima mensis Aprilis, cum audissem obitum domini Jacobi de Lengres, veni de Polonia in Ungariam, et cum venissem in Agriam, quidam nobilis abstulit mihi unum equum, quem emeram in Romana Curia pro XXIIII. florenis auri.

Et quia unus famulus meus increpavit eum, fregit sibi duos dentes cum pugione.

Summa pagine XXX. floreni, X. grossi cum dimidio.

Item anno, quo supra, die ultima mensis Aprilis dedi duobus famulis, qui conduxerunt usque in Othoan de Agria, cenam et XXVI. grossos.

Item anno, quo supra, die XII. mensis Maii dedi fratri Stephano Longo capellano domini regis, qui me conduxit ex parte domini regis usque in Quinqueecclesias, preter expensas, quas solvi pro eo et familia sua, V. florenos auri.

Item anno, quo supra, die XII. mensis Junii, recepta informatione de bonis et debitis relictis per dominum Jacobum de Lengres, misi unum nuncium ad Curiam Romanam, significando domini nostro pape et domino camerario obitum dicti domini Jacobi et totam seriem informationis recepte, et dedi dicto nuncio pro suis laboribus et expensis XVI. florenos auri et vestes, et nichilominus, cum illam pecuniam expendisset propter infirmitatem, quam passus fuit in illa via, recepit a nepote meo de Sancto Laurentio IIII. florenos auri.

Item anno Domini MCCCXL. die XX. Februarii, cum Tartari intrassent regnum Polonie, et ob hoc rex et totum regnum Ungarie turbaretur, commutavi subito pecunias, quas tunc habebam, et per fratrem Thomam de Zothomar priorem provincialem ordinis Predicatorum misi ipsas pecunias ad valorem mille et CCC. florenorum auri ad civitatem Zagrabiensem in Sclauonia, et dedi dicto priori unum siphum argenti valoris V. florenorum auri.

Item dedi sibi pro subsidio expensarum suarum VI. florenos auri.

Summa pagine XXXVII. floreni, X. grossi cum dimidio.

Item anno, quo supra, die XXIII. mensis Aprilis, cum laborarem in partibus Pannonie, audita morte dicti provincialis, dubitavi de calumpnia illorum, penes quos dictas pecunias deposuerat, et ivi festinanter ad illas partes, et antequam scirent mortem dicti provincialis, subito recepi illam pecuniam, et misi illam una cum alia, quam tunc habebam, per duos canonicos ecclesie Zagrabiensis usque in Sinham[1] ad litus maris, et misi post eos duos familiares meos, qui dictas pecunias receperunt, et transeuntes cum peregrinis Venetias portaverunt, et dedi prefatis canonicis XII. florenos auri.

Item solvi pro expensis illorum, qui dictas pecunias portaverunt, et eas Venetiis in domo Predicatorum deposuerunt, XVII. florenos auri; fuerunt enim in dicta via XXXIII. diebus.

[1] Segniam, Zengg.

Item anno, quo supra, die XVIII. Junii misi iterato Venetias V^C. L. florenos auri, et dedi cantori ecclesie Zagrabiensis, qui dictam portavit pecuniam usque ad mare, VII. florenos auri.

Item solvi pro expensis illorum, qui dictam pecuniam portaverunt et Venetiis deposuerunt, XI. florenos auri.

Summa pagine XLVII. floreni.

Item anno Domini MCCCXLI. die XXI. mensis Junii scripsi domino Laurentio episcopo Bozenensi, qui fuerat subcollector decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi in civitate et diocesi Zagrabiensi, mandando sibi, ut veniret vel mitteret procuratorem suum, qui videret informationem, quam volebam recipere contra eum super eo, quod inveniebatur plura recepisse, quam in suis rationibus contineretur, et dedi dicto nuncio pro suis laboribus et expensis II. florenos auri et I. pensam banalium Misbani.

Item anno, quo supra, die VI. mensis Julii scripsi capitulo Bachiensi, ut mitteret mihi pecuniam, quam solvere tenebantur pro fructibus prepositure vacantis apud sedem apostolicam in dicta ecclesia, et dedi dicto nuncio pro expensis XXV. grossos.

Item anno, quo supra, die XX. mensis Julii dominus Galhardus de Carceribus collega meus et ego scripsimus domino nostro pape et domino camerario de facto Polonie et Ungarie, et solvi pro parte expensarum dicti nuncii VII. florenos auri.

Item anno, quo supra, die X. mensis Septembris scripsi episcopo et capitulo ecclesie Waradiensis, ut michi mitterent pecuniam, quam michi promiserant solvere pro fructibus prepositure ecclesie Waradiensis; qui michi responderunt, quod eam miserant ad cameram domini pape; et dedi dicto nuncio I. florenum et X. grossos.

Summa pagine XII. floreni, X. grossi cum dimidio.

Item anno Domini MCCCXLII. die XIX. mensis Maii, cum audissem, quod dominus rex Ungarie infirmaretur ad mortem, timens de commotione regni, disposui me ad exeundum dictum regnum cum pecuniis, quas habebam, et misi versus Waradinum duos homines cum equis, quos suspectos habebam, ne per ipsos impedirer in via, et misi eos ad intimandum capitulo ecclesie Waradiensis reservationem ecclesie predicte, factam per dominum papam dominum Benedictum.[1] Et dedi dictis nunciis cuilibet

[1] Benedictus papa XII. a. 1334—1342.

equum unum, valentes XXX. florenos auri. Et dedi eis pro expensis V. florenos auri.

Item anno, quo supra, die XX. Junii dedi duobus hominibus, qui me conduxerunt de Caprussa[1] usque Crisium, preter expensas, XVI. grossos.

Item anno, quo supra, die XXVI. Junii misi de Zagrabia dominum Johannem dictum Decanum, canonicum Zagrabiensis ecclesie, et dominum Nicolaum cantorem dicte ecclesie cum pecuniis, quas habebam, ad mare in Sinham,[2] et dedi dicto cantori V. marchas monete Zagrabiensis Misbani, valentes X florenos.

Item dedi dicto domino Johanni III. marchas dicte monete Misbani, valentes VI. florenos.

Item secunda die post recessum eorum secutus fui eos, quos inveni in Meduricia,[3] ubi steterant per duas dies, quia non poterant habere litteras domini comitis dicti loci, ut possint libere transire, et dedi seu dari feci uni familiari dicti comitis, qui procuravit ipsorum et meam, III. florenos auri.

Summa pagine LVI. florenos et medium grossum.

Item anno, quo supra, die XXVIII. Junii cum pervenissem ad Sinham ad portum maris, licentiavi famulos meos Ungaros et Theutonicos, et dedi cuilibet unum equum et arma ac vestes et pecuniam pro servitio suo ad valorem, omnibus computatis, LXXX. florenorum auri.

Item eodem die dedi dicto domino cantori pro expensis in reversione sua et pro equis, quos conduxerat, et pro servitio suo VIII. florenos auri.

Item retinui dominum Johannem decanum, cum essem infirmus et non habebam sufficientem familiam, que pecunias, quas portabam, in periculo conservare vel deffendere posset, et preter expensas, quas feci sibi et famulo suo per unum mensem, dedi sibi unum equum valoris XVIII. florenorum auri.

Item dedi sibi lectum meum et pro expensis suis in reversione sua de Venetiis ad terram suam VI. florenos auri.

Item VIII. Julii, cum pervenissem Venetias, solvi naute, qui me conduxerat, pro navi sua X. florenos auri.

Item misi nuncium unum ad Curiam Romanam, significando domino nostro pape et domino camerario, me Venetias pervenisse, et cum non

[1] Kapronca in comitatu Crisiensi.
[2] Zengg, Segnia.
[3] Modrusium.

invenirem ibi mercatores nec societates, quibus tute possem pecunias, quas habebam, tradere, nec auderem mecum ipsas portare ad Curiam propter viarum discrimina, supplicavi eis, ut mihi mandarent, qualiter me regerem in predictis. Et dedi nuncio pro laboribus et expensis V. florenos auri.

Item conventui fratrum Predicatorum Venetensium, apud quos habebantur pecunie deposite, qui sepius vexabantur, dando et recipiendo dictas pecunias, dedi pro una quitantia V. florenos.

Summa pagine CXXXII. floreni.

Item anno, quo supra, die IX. mensis Septembris, permutatis pecuniis et depositis iuxta mandatum domini camerarii, exivi civitatem Venetorum, et solvi pro nave, que me portavit cum equis meis Ferrarias, IIII. florenos auri.

Item cum venissem Januam, conduxi navem usque ad Niciam, et solvi pro ipsa nave VIII. florenos auri.

Item fui detentus in castro de Monege sive de Monacho, et non obstantibus litteris de securo conductu, quas audire nec legere voluerunt, non me dimiserunt, donec solvi eis IIII. florenos auri cum II. denariis argenti domini regis Roberti.

Item solvi pro papiro pro rationibus transcribendis XVIII. denarios.

Summa pagine XVI. floreni, IIII^{C}. solidi monete Auinionensis.

Item fui ego Petrus Geruasii in hac via eundo et redeundo, ac morando in regno Ungarie, prosequendo michi commissa negotia ecclesie Romane et apostolice camere, a die II. mensis Maii de anno Domini MCCCXXXVIII., qua exivi civitatem Auinionensem, usque ad diem secundam mensis Octobris de anno Domini MCCCXLII., quo reversus fui, et intravi eandem civitatem Auinionensem, exceptis ducentis sexaginta sex diebus, quibus fui seu vacavi de mandato apostolico ad audiendam et terminandam causam pacis, tractatu interposito inter dominum regem Polonie ex una parte et magistrum ordinis Sancte Marie Theutonicorum ex altera, videlicet a festo sancti Nicolai usque ad festum sancti Georgii martyris et a festo sanctorum Johannis et Pauli usque ad festum Omnium Sanctorum, quibus siquidem II^{C}. LXVII. diebus dictus dominus rex michi vite necessaria ministravit. De quo siquidem tempore, quo Romane ecclesie et apostolice camere prosecutus fui negotia, recepi pro stipendiis meis II^{M}. XX. florenos auri cum dimidio de Florentia, pro qualibet die videlicet unum florenum cum dimidio auri, michi assignatum per sancte

memorie dominum Benedictum papam XII. per litteras suas apostolicas, quarum tenor talis est:

Benedictus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio magistro Petro Geruasii canonico Viuariensi, apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benedictionem. Cum Te, de cuius fidelitatis industria confidimus, pro certis negotiis, Nos et ecclesiam Romanam tangentibus, ad partes regni Ungarie destinemus, nos Tibi volentes de necessariis pro Te tuisque familiaribus providere, unum florenum et dimidium singulis diebus, quibus circa prosecutionem negotiorum Tibi in eisdem partibus commissorum extiteris, pro predictis necessariis et suis stipendiis tenore presentium deputamus, volentes, ut de pecuniis cameram nostram tangentibus, per Te colligendis, vel per alios collectores auctoritate apostolica in predictis partibus deputatos collectis, recipere valeas stipendia supradicta. Datum Auinione, idus Aprilis, pontificatus nostri anno quarto.[1]

[1] 13 Aprilis a. 1338.

V

1350—1354.

Rationes Arnoldi de La Caucina canonici Tituliensis, apostolicæ sedis nuntii ad regna Hungariæ et Poloniæ destinati, de decimis et beneficiis ecclesiasticis in regno Hungariæ vacantibus.

(Tabularii Vaticani Cod. sæc. XIV. Rationes collect. N. 181. fol. 84—85, 117—126.)[1]

(Fol. 84b.)

ITEM RECOLLECTIO EORUNDEM FRUCTUUM, REDDITUUM ET PROVENTUUM BENEFICIORUM IN REGNO HUNGARIE CONSISTENTIUM.

ET PRIMO IN CIVITATE ET DIOCESI STRIGONIENSI.

Primo a domino Johanne Beke pro fructibus unius anni prebende sue Strigoniensis recepi XXX. florenos.

Item a domino Johanne archidiacono de Ozmadz pro fructibus prebende ecclesie eiusdem Strigoniensis XXX. florenos.

Item a domino episcopo Waciensi[2] pro domino Guillelmo de Posterla pro fructibus unius anni prepositure Pozoniensis Strigoniensis diocesis CCC. florenos.

Item pro fructibus canonie ecclesie Scepusiensis Strigoniensis diocesis XXX. florenos.

---

[1] Prima folia codicis pecunias in regno Poloniæ collectas continent, de tempore collectionis leguntur fol. 77a. sequentia:

Recollectio census denarii beati Petri facta sub anno Domini millesimo CCC. quinquagesimo tertio in civitate et diocesi Cracoviensi . . . . . .

De natura autem collectarum pecuniarum fol 83b:

Hec sunt recollecta fructuum, reddituum et proventuum unius anni beneficiorum in Curia Romana vacantium, ad cameram domini nostri pape spectantium, et primo in regno Polonie . . . . .

Adest in tabulario Vaticano (Rat. collect. N. 25. de arm. XXXIII.) alter codex, alias in se habens eiusdem collectoris rationes de annis 1344—1345, qui incipit sic:

Notum sit universis, quod ego Arnaldus de La Caucina canonicus ecclesie Tytuliensis, Colocensis dyocesis, apostolice sedis nuncius, recepi litteras commissionis eiusdem apostolice [sedis] XIII. die mensis Octobris sub anno Domini MCCCXLIIII., et XXVI. die mensis Februarii sub anno Domini MCCCXL. quinto incepi agere negotia camere domini nostri pape, primum in Hungarie, demum in Polonie regnis, incipiendo colligere et recipere ea, que inferius continentur, iuxta sedis apostolice predicte commissiones et mandata.

Item primo in Polonie regno . . . . . (reliqua omnia Poloniam tangunt.)

Ex hoc constat, Arnoldum de La Caucina canonicum fuisse Tituliensem.

[2] Michael II. episcopus Vaciensis a. 1342—1363.

IN DIOCESI ET CIVITATE QUINQUEECCLESIENSI.

Pro fructibus et redditibus unius anni canonie et prebende ecclesie Quinqueecclesiensis recepi a Blasio Petri, Agriensis diocesis, XXX. florenos.

Item pro fructibus et redditibus unius anni prepositure collegiate ecclesie Sancti Johannis Quinqueecclesiensis et canonicatus et prebende eiusdem ecclesie recepi a Johanne Johannis de Zanan LXIX. florenos.

Item a magistro Ladislao de Wileymow pro fructibus prebende ecclesie Quinqueecclesiensis X. florenos.

Item a domino Boninohe *(sic)* de Campello pro fructibus prebende eiusdem ecclesie XVI. florenos minus uno grosso.

Summa pagine V^{C}. *XV. floreni.*

(Fol. 85a.)

IN DIOCESI COLOCENSI.

A capitulo Colocensi pro fructibus et redditibus prepositure, canonicatus et prebende ecclesie Baciensis Colocensis diocesis recepi XXI. florenis.

Item pro fructibus, redditibus et proventibus unius anni prepositure ecclesie Sancti Laurentii de Hay XX. florenos.

Item pro fructibus custodie ecclesie Colocensis IX. florenos.

ITEM IN DIOCESI ZAGRABIENSI.

Pro fructibus, redditibus et proventibus unius anni prepositure ecclesie Sancti Spiritus Czasmensis Zagrabiensis diocesis recepi CL. florenos.

IN ECCLESIA WACIENSI.

Pro fructibus, redditibus et proventibus archidiaconatus de Segethfew in ecclesia Waciensi VIII. florenos.

Item pro fructibus prepositure Waciensis ecclesie recepi LX. flonenos.

IN DIOCESI WESPRIMIENSI.

Pro fructibus, redditibus et proventibus unius anni canonicatus et prebende ecclesie Beate Marie Albaregalensis Wesprimiensis diocesis recepi a Nicolao Symonis de Ozch XXII. florenos cum dimidio.

Item ab Andrea Petri pro fructibus canonicatus et prebende eiusdem ecclesie XXII. florenos cum dimidio.

Summa pagine IIIC. XIII. floreni.

(Fol. 85 b.)

Item pro fructibus, redditibus et proventibus prepositure Veteris Bude Wesprimiensis diocesis recepi CXX. florenos minus dimidio floreno.

Item a Georgio Nicolai pro fructibus canonicatus et prebende ecclesie Sancte Marie Alberegalensis recepi XX. florenos.

Item pro fructibus archidiaconatus Albensis in ecclesia Wesprimiensi X. florenos.

IN DIOCESI AGRIENSI.

Pro fructibus, redditibus et proventibus prepositure ecclesie Sancti Nicolai de Misle Agriensis diocesis recepi C. et duos florenos.

Item pro fructibus et proventibus unius anni prepositure ecclesie Agriensis ac canonicatus et prebende ibidem recepi LXXX. florenos.

Item pro fructibus, redditibus et proventibus canonicatus ac prebende ac lectoratus Agriensis recepi XX. florenos.

Summa pagine IIIC. LI. cum dimidio.

(Fol. 117.)

SOLUTIO DE BENEFICIIS ECCLESIASCTICIS INFRASCRIPTIS PRO FRUCTIBUS UNIUS ANNI IN CURIA ROMANA VEL ALIBI VACANTIBUS IN HUNGARIE REGNO.

IN DIOCESI STRIGONIENSI SOLUTIO DE BENEFICIIS PRO FRUCTIBUS UNIUS ANNI.

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacante per consecrationem domini Laurentii episcopi Boznensis,[1] fuit provisum Johanni Beke secunda idus Aprilis. Solvit XXX. florenos.

De cantoria ecclesie Scepusiensis Strigoniensis diocesis, vacante, quia Johannes Nicolai auctoritate domini pape assecutus est archidiaconatum de Morchis *(sic)* in ecclesia Quinqueecclesiensi, fuit provisum Stephano Andree idus Martii. Solvit L. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacante per consecrationem domini Gregorii episcopi Cenadiensis,[1] fuit provisum domino

[1] Laurentius episcopus Bosnensis a. 1335—1347.
[2] Gregorius II. episcopus Chanadiensis a. 1345—1350.

Johanni archidiacono Ozmagh *(sic)* in ecclesia Quinqueecclesiensi VII. idus Octobris. Solvit XXX. florenos.

De canonicatu et prebenda, quas dominus Nicolaus electus Nitriensis[1] in ecclesia Strigoniensi obtinet, cum vacabunt per eius consecrationem vel alias, fuit provisum Nicolao Demetrii VII. idus Junii. Solvit XXVIII. florenos.[2]

De canonicatu ac prepositura ecclesie Strigoniensis, cum vacabit per munus consecrationis impendende Nicolao electo Nitriensi, fuit provisum Nicolao Andree V. idus Novembris. Solvit CC. florenos.

De prepositura ecclesie Strigoniensis, vacante per consecrationem electi Nitriensis, fuit provisum Thome archidiacono Nitriensi. Solvit C. florenos pro medio anno, quo tenuit.

Anno X. domini Clementis.[3]

Collatio facta Nicolao Petri de prepositura monasterii de Jaszow ordinis Premonstratensis, Strigoniensis diocesis, fuit eidem confirmata II. idus Junii. Solvit in Curia C. florenos.

Presentatio et institutio facta de Nicolao olym rectore ecclesie Budensis Wesprimiensis ad prepositurarn Scepusiensem Sancti Martini, Strigoniensis diocesis, per regem Hungarie et archiepiscopum Strigoniensem, fuit eidem confirmata IIII. idus Januarii. Solvit CCCLVI. florenos.

De archidiaconatu Nitriensi in ecclesia Strigoniensi, canonicatu et prebenda Scepusiensi per consecrationem electi Gurciensis[4] fuit provisum Conrado Sculteti idus Januarii. Nicolaus solvit de dicta prebenda XII. florenos. Item pro archidiaconatu Nitriensi XXXIII. florenos.

Item ab episcopo Vaciensi[5] pro fructibus prepositure Posoniensis recepi CCC. florenos.

Summa pagine MCXXXIX. floreni.

(Fo1 117)

De archidiaconatu Borsiensi in ecclesia Strigoniensi, vacante, quia Conradus Sculteti archidiaconatum est auctoritate apostolica assecutus, fuit provisum Demetrio Thome XVIII. kalendas Februarii. Solvit LXXXI. florenos.

De archidiaconatu Huntensi in ecclesia Strigoniensi, vacante per

[1] Nicolaus III. episcopus Nitriensis a. 1347—1350.
[2] Nota marginalis: *Notandum.*
[3] Annus X. Clementis papæ VI. = 7. Maii a. 1351—6 Maii a. 1352.
[4] Paulus Praunspeck episcopus Gurcensis a. 1353—1359.
[5] Michael II. episcopus Vaciensis.

obitum Nicolai dicti Ruffi, fuit provisum Nicolao capellano regis XII. kalendas Februarii. Solvit LX. florenos.

De prepositura Sancti Georgii de Viridi Campo prope Strigonium, vacante, quia Ladislaus Thome prepositurum ecclesie Agriensis est adeptus, fuit provisum Johanni Andree, et secum dispensatum, ut lectoratum Wesprimiensem insimul valeat obtinere, XIII. kalendas Februarii. Solvit LX. florenos cum prebenda ecclesie Strigoniensis.

De canonicatu cum prebenda Scepusiensi, Strigoniensis diocesis, vacante per dimissionem domini G. Sancte Marie in Cosmedin dyaconi cardinalis fuit provisum Arnoldo de La Caucina V. nonas Maii. Solvit XV. florenos.

Anno primo domini Innocentii. [1]

Item V. nonas Martii fuit provisum Valentino nepoti archiepiscopi Strigoniensis de lectoratu ecclesie Strigoniensis, vacante per obitum Demetrii ultimi lectoris. Solvit LIX. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis per renunciationem Andree Demetrii fuit provisum Petro Begonis *(sic)* VI. kalendas Maii. Solvit capitulum XXVII. florenos.

Summa pagine IIIC. II. floreni.

(Fol. 118.)

IN DYOCESI COLOCENSI.

De prepositura, canonicatu et prebenda ecclesie Baciensis, Colocensis dyocesis, vacante in Curia per mortem quondam Thome, fuit provisum Jacobo quondam Symonis presbytero dicte dyocesis, qui tenetur dimittere lectoratum ecclesie Zagrabiensis, habita possessione. Solvit XLV. florenos.

De prepositura ecclesie Sancti Laurentii de Hoy, Colocensis dyocesis, quam dominus Thomas nunc tenet, cum vacaverit per assecutionem dignitatis et personatus &c., vigore gratie ipsi domino Thome per dominum nostrum papam in ecclesia Transsilvanensi facta vel alias, fuit provisum Thome quondam Pauli, qui dimittet canonicatum et prebendam, quos obtinet in dicta ecclesia Sancti Laurentii. Solvit XX. florenos.

De canonicatu ecclesie Tytulensis, Colocensis diocesis, vacante in Curia per mortem Segini de Carceribus, fuit provisum Johanni Nicolai de Sendin idus Octobris. Solvit XLV. florenos per Petrum de Montilio.

De custodia Colocensi recepi a custode IX. florenos sub iuramento ipsius de valore.

[1] Annus I. Innocentii papæ VI. = 18. Decembris a. 1352.—17. Dec. a. 1353.

Anno primo domini Innocentii pape VI.

De lectoratu seu scolasteria ecclesie Sancti Pauli Baciensis, Colocensis dyocesis, vacante per renunciationem Stephani prepositi Beati Petri Budensis, Vesprimiensis dyocesis, fuit provisum Alberto Ulrici VI. nonas Julii. Solvit L. florenos.

Anno X. domini Clementis pape.[1]

De canonicatu ac prebenda et prepositura ecclesie Colocensis, vacante per obitum Demetrii de Wichadel, fuit provisum Johanni Dominici IIII. kalendas Junii. Solvit centum florenos.

De prepositura ecclesie Baciensis Colocensis dyocesis, vacante per obitum Thome ultimi prepositi, fuit provisum Demetrio de Mariad V. idus Julii. Solvit XLV. florenos.

Summa pagine IIIC. XIIII. floreni.

(Fol. 119a.)

Collatio facta Ladislao de Cacho de prepositura Baciensi, Colocensis dyocesis, vacante per obitum Thome dicti de Periamis, fuit eidem confirmata X. kalendas Aprilis. Solvit LV. florenos.

Anno XI. domini Clementis.[2]

Item Conrado Johannis de parochiali ecclesia Sancte Marie de Salankamen, Colocensis dyocesis, vacante per obitum Conradi ultimi, fuit provisum II.nonas Octobris. Solvit XXXVIII. florenos.

Summa pagine XCIII. floreni.

(Fol. 119b.)

IN DYOCESI TRANSILVANIENSI SEU ALBA JULE.

De archipresbyteratu de Vgacha in ecclesia Transsilvanensi, vacante per resignationem liberam Ladislai de Vgacha ultimi archidiaconi, fuit provisum Nicolao Valentini. Solvit XXXII. florenos magistro Petro Pelios.

De prepositura ecclesie Albensis, Transilvaniensis dyocesis, [quam] dominus Dominicus natus comitis de Zow minus canonice obtinet, fuit sibi provisum de novo, sed debet CCCC. florenos dare contra Turchos, VI.

[1] Annus X. Clementis papæ VI. = 7. Maii a. 1351.—6. Maii a. 1352.
[2] Annus XI. Clementis papæ VI. = 7. Maii a. 1352.—6. Decembris a. 1352.

kalendas Septembris. Solvit in Curia domino camerario CCC., domino thesaurario C., prout in quitationibus apparet.

Johannes de Dulia plebanus Albensis dyocesis de pecunia Jacobi Brengarii pro camera solvit IIII. florenos cum dimidio.

Summa pagine XXXVI. floreni [cum] medio.

(Fol. 120 a.)

IN DYOCESI QUINQUEECCLESIENSI.

De canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, vacante per consecrationem Laurentii episcopi Bosnensis, fuit provisum Blasio Petri Agriensis diocesis VII. kalendas Junii. Solvit XXX. florenos.

De archidiaconatu de Ozelbad in ecclesia Quinqueecclesiensi, vacante per Johannem nunc lectorem Quinqueecclesiensem, fuit provisum Johanni quondam scolastico Budensi. Solvit XXXI. florenos.

De canonicatu et prebenda Quinqueecclesiensi, vacante per obitum magistri Nicolai Itaroniensis, provisum fuit Stephano Grake (?) IIII. nonas Decembris. Solvit XXVIII. florenos.

De prepositura sine cura collegiate ecclesie Sancti Johannis Quinqueecclesiensis et canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie, cum vacabunt per consecrationem Johannis electi Vesprimiensis,[1] fuit provisum Johanni nato Johannis de Zanan III. nonas Julii. Solvit LXIX. florenos cum dimidio et IIII. grossos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, vacante per consecrationem episcopi Boznensis, fuit provisum Johanni Anthonii V. kalendas Februarii. Solvit XXVIII. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, cum vacabit per professionem expressam Jacobi prepositi Baciensis, qui ordinem Sancti Pauli primi heremite est ingressus, fuit provisum magistro Ladislao Wiel Wibelmow VIII. kalendas Februarii. Solvit XXII. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, vacante per consecrationem Nicolai episcopi Quinqueecclesiensis, fuit provisum Bonichio de Campello. Solvit XXX. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, vacante per obitum Guilelmi Guberti Biceriensis, qui in Curia decessit, fuit provisum Blasio Stephani de Oziagh VIII. kalendas Junii. Solvit XVIII. florenos.

[1] Johannes III. episcopus Vesprimiensis a. 1346—1357.

Anno secundo domini Innocentii pape.[1]

De canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, vacante per liberam resignationem Johannis Nicolai, fuit provisum Petro Petri III. nonas Junii. Solvit XXX. florenos.

Summa pagine CCLXXXVI. floreni cum dimidio.

(Fol. 120b.)

IN DYOCESI SERIMIENSI.

Marcus prepositus ecclesie Serimiensis de prepositura ipsius XXXII. florenos.

(Fol. 121a.)

IN DYOCESI ZAGRABIENSI.

De prepositura Sancti Spiritus Chosmensis, Zagrabiensis dyocesis, cum vacaverit per consecrationem domini Gregorii vel alias, fuit provisum Ladislao nato Nicolai comitis palatini IIII. nonas Martii. Solvit CL. florenos.

Item acceptatio facta per Dyonisium Farkasii de archidiaconatu de Kemluk in ecclesia Zagrabiensi, fuit eidem confirmata IIII. kalendas Martii. Solvit XXXV. florenos.

Anno X. Clementis pape.[2]

Acceptatio facta per Lucam Alexii de canonicatu et prebenda ecclesie Zagrabiensis, vacante per obitum Bartholomei Latini, confirmata XVIII. kalendas Februarii. Solvit XXX. florenos.

Pro archidiaconatu de Kemlek in ecclesia Zagrabiensi Dyonisius Farcasii solvit XXXV. florenos.

Item Lucas lector ecclesie Zagrabiensis pro prebenda dicte ecclesie solvit XXX. florenos.

De archidiaconatu de Kamercha, vacante per mortem Nicolai in eadem ecclesia Zagrabiensi, fuit provisum Michaeli Nicolai de Leua canonico Agriensi IIII. nonas Novembris. Solvit L. florenos auri.

Summa pagine IIIC. XXX. floreni.

[1] Annus II. Innocentii papæ VI. = 18. Decembris a. 1353.—17. Decembris a. 1354.
[2] Annus X. Clementis papæ VI. = 7. Maii a. 1351.—6. Maii a. 1352.

(Fol. 121 b.)

IN DYOCESI WACIENSI.

Facta est gratia in ecclesia Waciensi domino Stephano Nicolai de Segethfew in dicta ecclesia, qui habita dignitate dimittet archidiaconatum dictum, idus Novembris. Solvit LX. florenos.

De archidiaconatu de Segethfew in ecclesia Waciensi, vacante per promotionem ultimi archidiaconi ad prepositurum Waciensem, fuit provisum Michaeli Mathie. Solvit VIII. florenos.

Summa pagine LXVIII. floreni.

(Fol. 122 a.)

IN DYOCESI WESPRIMIENSI.

De magistratu sive lectoria Sancti Nicolai Albaregalensi, Wesprimiensis dyocesis, cum vacaverit per assecutionem prepositure ecclesie Mislensis, Agriensis dyocesis, fuit provisum Petro Johannis de Ozothwar VII. kalendas Januarii. Solvit XI. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Beate Marie de Alba Regali, Waciensis dyocesis, vacante per consecrationem domini Colomanni episcopi Jauriensis[1] fuit provisum Nicolao Symonis de Orch XV. kalendas Martii. Solvit XXII. florenos cum dimidio.

De prepositura Hantensi, Wesprimiensis dyocesis, vacante per mortem quondam Bench, fuit provisum Martino Michaelis VIII. idus Februarii. Blasius solvit XXXV. florenos.

De canonicatu et prebenda Beate Marie de Alba Regali, Wesprimiensis dyocesis, vacante per mortem Chame, fuit provisum Andree Petri VII. idus Martii. Solvit XXII. florenos cum dimidio.

De prepositura de Veteri Buda, Wesprimiensis dyocesis, cum vacaverit per consecrationem domini Demetrii electi Waradiensis,[2] fuit provisum Stephano Laurentii II. kalendas Octobris. Solvit CXIX. florenos cum dimidio.

De lectoratu ecclesie Wesprimiensis, vacante per assecutionem prepositure ecclesie Jauriensis, Briccio Johannis collate, fuit provisum Johanni Andree II. idus Septembris. Solvit marcham cum dimidia et fertone et XX. Wiennenses; marche faciunt X. pensas et pensa valet XL. Wiennenses; faciunt VIII. florenos, computando florenum per LXXXX. denarios.

[1] Colomannus II. episcopus Jauriensis a. 1337—1374.
[2] Demetrius episcopus Varadiensis a. 1345—1372.

De canonicatu et prebenda ecclesie Sancte Marie Albaregalensis, vacante per consecrationem Michaelis episcopi Waciensis, fuit provisum Georgio Nicolai. Solvit XX. florenos.

De archidiaconatu Albensi in ecclesia Wesprimiensi, quem Blasius Cosme de Eng obtinet, fuit sibi petenti de novo provisum XVIII. kalendas Februarii. Solvit X. florenos.

De lectoratu et prebenda Budensi Veteri, Wesprimiensis dyocesis, quos Petrus Dominici diu tenuit minus canonice, fuit eidem de novo provisum et dispensatum cum eodem X. kalendas Februarii. Solvit LXX. florenos Dyonisius.

Anno primo domini Innocentii pape.[1]

Collatio facta auctoritate ordinarii Petro Ladislai de canonicatu, prebenda et prepositura ecclesie Wesprimiensis, fuit eidem confirmata XI. kalendas Septembris. Solvit LXXXI. florenos.

Summa bagine IIIC. XCIX. floreni cum dimidio.

(Fol. 122b.)

Anno IX. domini Clementis[2] in dyocesi Wesprimiensi.

Collatio facta Paulo Petri de canonicatu et prebenda Wesprimiensi, vacante per obitum quondam Thome, fuit provisum eidem, confirmata III. idus Maii. Solvit XV. florenos cum dimidio.

Item Sebestiano Johannis de canonicatu et prebenda, vacante per obitum Stephani de Cuphen, fuit eidem confirmata III. idus Maii. Solvit XXII. florenos et XX. denarios.

Anno X. domini Clementis.[3]

Collatio facta Blasio Johannis de archidiaconatu Budensi in ecclesia Wesprimiensi, vacante per obitum Cunradi, fuit eidem confirmata II. kalendas Augusti. Solvit XXV. florenos.

Item Petro de Zew de prepositura Omnium Sanctorum in castro Wesprimiensi, fuit eidem confirmata II. kalendas Augusti. Solvit CVI. florenos.

De prepositura Hantensi, diocesis Wesprimiensis, etiam curata, vacante, quia Blasius Cosme prepositurum Posoniensem, Strigoniensis dyocesis,

[1] Annus I. Innocentii papæ VI. = 18. Decembris a. 1352.—17. Dec. a. 1353.
[2] Annus IX. Clementis papæ VI. = 7. Maii a. 1350—6. Maii a. 1351.
[3] Annus X. Clementis papæ VI. = 7. Maii a. 1351.—6. Maii a. 1352.

auctoritate apostolica est adeptus, fuit provisum Jacobo dicto Crius II. kalendas Februarii. Solvit XXXV. florenos.

De canonicatu et prebenda Vesprimiensi, vacante per obitum Guillelmi Giuchoni, fuit provisum Paulo de Faber II. idus Februarii. Solvit X. florenos Johannes nepos episcopi.

De archidiaconatu Symigiensi in ecclesia Wesprimiensi, vacante, quia Nicolaus Johannis ipsum detinet occupatum, fuit provisum Johanni dicto Tousus II. kalendas Februarii. Solvit LXXII. florenos.

Collatio facta Michaeli Girke de canonicatu et prebenda Wesprimiensi, vacante per mortem Laurentii, fuit eidem confirmata X. kalendas Aprilis. Solvit XXI. florenos.

De prepositura ecclesie Hantensis, Wesprimiensis diocesis, de qua mandatur provideri per aliquot discretos viros Nicolao Nicolai VIII. idus Aprilis. Solvit XII. florenos.

Summa pagine IIIC. XVIII. floreni cum dimidio, XX. denarii Wyennenses.

(Fol. 123 a.)

IN DYOCESI AGRIENSI.

De prepositura ecclesie Sancti Nicolai de Misle, Agriensis diocesis, vacante tam diu per mortem ultimi prepositi, quod eius collatio ad sedem apostolicam est devoluta, fuit provisum Nicolao de Alba Regali, qui post habitam prepositurам dimittet lectoratum ecclesie Sancti Nicolai de Alba Regali, Wesprimiensis diocesis. Solvit CCXIX. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, quos Nicolaus electus Nitriensis obtinet, cum per consecrationem ipsius electi vacaverint, fuit provisum Martino Thome. Solvit XXV. florenos.

De fructibus decimarum, qui in illis partibus quarte seu capelle nuncupantur, in illis vadis Vagida, Agriensis diocesis, vacantibus per consecrationem electi Agriensis,[1] fuit provisum Andree Demetrii archidiacono de Ponkata XIII. kalendas Octobris. Dominicus solvit X. florenos.

Anno X. Clementis pape.[2]

De prepositura, canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, vacante per obitum Nicolai Philippi, fuit provisum Ladislao Thome XIII. kalendas Februarii. Dictus prepositus pro prepositura solvit CC. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis et archidiaconatu Sem-

[1] Nicolaus II. episcopus Agriensis a. 1330—1358.
[2] Annus X. Clementis papæ VI. = 7. Maii a. 1351.—6. Maii a. 1352.

liensi in ecclesia Agriensi, vacante per obitum Johannis Demetrii, fuit provisum Petro Begonis VI. kalendas Januarii. Pro ipso Andreas solvit CXL. florenos. Pro prebenda capitulum solvit XXX. florenos.

De canonicatu, prebenda et archidiaconatu de Hungo in ecclesia Agriensi, vacante per obitum Sixti archidiaconi, fuit provisum Paulo episcopo Albensi,[1] et sibi commendata ad vitam XII. kalendas Junii. Solvit LI. florenos.

De canonicatu et prebenda ac lectoratu ecclesie Agriensis, vacante per obitum Johannis Dominici, fuit provisum Johanni lectori VIIII. kalendas Junii. Solvit XX. florenos.

Provisio facta auctoritate ordinarii Nicolao Nicolai de officio custodie ac Emerico Alexandri de lectoratu ecclesie Agriensis necnon Johanni Poych de archidiaconatu de Tarcha ac Benedicto Clementis de archidiaconatu de Pankatha et Michaeli Nicolai de Heywes, fuerunt eisdem confirmate VII. kalendas Julii. Solverunt LXXXX. florenos, videlicet pro custodia L. et lectoratu XL. et pro Benedicto de Pankatha XXX. florenos.

Summa pagine VIIIC. XV. floreni.

(Fol. 123b.)

IN DYOCESI AGRIENSI ANNO SECUNDO INNOCENTII PAPE.[2]

Item de archidiaconatu de Tarcha pro Johanne Poych et pro se Alexandro Beulch solvit XXV. florenos.

Item Michael Nicolai suprascriptus, archidiaconus de Heywes, pro fructibus sui archidiaconatus solvit IIII. florenos archidiacono.

Summa pagine XXIX. floreni.

(Fol. 124a.)

IN DYOCESI WARADIENSI.

De canonicatu et prebenda ecclesie Waradiensis, cum vacaverit per consecrationem domini Demetrii electi Waradiensis, fuit provisum Stephano Laurentii II. kalendas Octobris. Solvit XL. florenos.

De prepositura ecclesie Waradiensis, vacante per liberam resignationem domini Bertrandi tituli Sancti Marthini presbiteri cardinalis, fuit provisum

[1] Paulus episcopus Albensis Transsilv. a. 1331—1356.
[2] Annus II. Innocentii papæ VI. = 18. Dec. a. 1353.—17. Dec. a. 1354.

Philippo nato quondam Bode de Taykan, qui dimittet cantoriam dicte ecclesie, VII. idus Decembris. Solvit CLXXV. florenos.

De dicta cantoria, cum vacabit per assecutionem dicte prepositure, fuit provisum Ladislao Gregorii. Solvit XXXIIII. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie Waradiensis, vacante per renunciationem dicti domini cardinalis, fuit provisum Jacobo dicto Nobilis, ut supra. Solvit XL. florenos.

Summa pagine CCLXXXIX. floreni.

(Fol. 124b.)

IN DYOCESI CENADIENSI.

De lectoratu in ecclesia Cenadiensi, vacante per obitum Petri Dominici, Albertus Ulrici solvit XL. florenos.

Item Johannes Henrici archidiaconus Oradiensis in ecclesia Cenadiensi pro prepositura Sancti Adalberti martyris in Jaurino, quam adeptus est, solvit XLIX. florenos.

IN DYOCESI NITRIENSI.

De archidiaconatu Trinciensi in ecclesia Nitriensi, vacante, quia quidam Johannes ex collatione sibi per episcopum facta ipsum indebite detinebat, fuit provisum Petro Stephani, qui dimittet archidiaconatum Albensem in ecclesia Wesprimiensi, cum dicti archidiaconatus possessionem fuerit assecutus, IIII. idus Octobris. Solvit XI. marchas, que faciunt XLIX. florenos minus X. denariis.[1]

Item Jacobus Parvus canonicus Nitriensis pro prebenda sua solvit II. marchas cum dimidia, computando X. pensas pro qualibet marcha, et pensa facit XL. denarios Wiennenses, que faciunt XI. florenos et X. denarios.

Item Johannes Quinqueecclesiensis pro prebenda sua Nitriensi solvit II. marchas cum dimidia, ut supra, que faciunt XI. florenos, X. denarios.

Summa pagine CLX. floreni, X. denarii Wyennenses.

[1] Nota marginalis: *Wesprimiensem tangit.*

(Fol. 125a.)

IN DYOCESI JAURIENSI.

De canonicatu et prebenda ecclesie Jauriensis, vacante per consecrationem domini Nicolai episcopi Quinqueecclesiensis,[1] fuit provisum Johanni Dominici II. idus Octobris. Solvit XIII. florenos.

De prepositura ecclesie collegiate Sancti Michaelis de Castro Ferreo, Jauriensis dyocesis, vacante per obitum Andree ultimi prepositi, fuit provisum Petro cancellario ducis Hungarie IIII. nonas Novembris. Solvit XX. florenos.

De canonicatu et prebenda ac lectoratu ecclesie Jauriensis, vacante per obitum Mathie ultimi, fuit provisum Francesco Marcelli de Zemlin IIII. nonas Novembris. Solvit XLIX. florenos et LX. denarios Wiennenses.

IN DYOCESI BOSNENSI.

De prepositura ecclesie Bosnensis, vacante per obitum Stephani prepositi, fuit provisum domino Guillelmo II. idus Septembris. Solvit XLIIII. florenos.

Summa pagine CXXVI. floreni, LX. denarii Viennenses.

(Fol. 126a.)

Summa universalis receptorum de fructibus beneficiorum regni Ungarie per sedem apostolicam collatorum IIIIM. VIIC. XXXIX. floreni.

[1] Nicolaus Henrici episcopus Quinqueecclesiensis a. 1346—1360.

VI.

1359—1363.

Rationes abbreviatæ per Arnoldum de La Caucina scholasticum Cracoviensem, collectorem cameræ apostolicæ in regnis Hungariæ et Poloniæ, de omnibus receptis in prædictis regnis, Johanni de Cabiespino canonico Narbonensi redditæ.

(Tabularii Vaticani Codex sæc. XIV. Rationes collect. N. 181. fol. 145.—150.)

(Fol. 145 a.)

Sequuntur abreviate rationes, reddite Johanni de Cabiespino Narbonensi canonico per Arnoldum de Calcina scolasticum Cracoviensem, in regnis Polonie et Ungarie camere apostolice collectorem, de omnibus receptis per eundem Arnoldum in predictis regnis a die XII. mensis Augusti anni Domini MCCCLIX. usque ad primam diem mensis Februarii anni Domini MCCCLXIII. ac etiam de resta ultimorum computorum suorum, que sint ex certorum cambiorum factorum in suis rationibus et computis contentorum: VII^{M}. IX^{C}. LVIII. marche, IIII. Scoti cum dimidio.

(Fol. 147 a.)

Item de restis et annatis beneficiorum Ungarie, videlicet civitatis et diocesis Strigoniensis, Colocensis, Transilvanensis, Vesprimiensis, Agriensis, Waradiensis, Seremiensis et Jauriensis: M. V^{C}. XIX. floreni et medius minus VIII. denariis de Ungaria, qui valent I. grossum Boemicalem et modicum plus, forte I. denarium.

(Fol. 149 a.)

Et sciendum est, quod marcha argenti communiter valet XLVIII. grossos Pragenses vel XXIIII. Scotos.

Item in qualibet marcha sunt IIII. fertones.

Item sex Scoti valent unum fertonem.

Item unus Scotus valet II. grossos Pragenses.

Item unus grossus Pragensis valet XVI. denarios.

(Fol. 149 b.)

Sequuntur diverse reste collectorum regnorum Ungarie et Polonie . . .[1]

[1] Reliqua Poloniam tangunt.

(Fol. 150a.)

Item computat deberi idem collector in regno Ungarie de restis beneficiorum, ibidem per sedem apostolicam collatorum, de quibus iam est firmatum, quia non sunt taxata, civitatum et diocesium infrascriptarum, Strigoniensis, Transilvanensis, Vesprimiensis, Agriensis, Seremiensis, ut in libris apparet, VIII^{C}. XXXIX. florenos et medium.

Item est sciendum, quod in predicto regno sunt multe alie reste beneficiorum, ut in libro apparet, que non possunt dari, ut supra, quia sunt incerte, cum adhuc pro mediis fructibus non sit firmatum, et quia multum sunt inutiles.

Item computat deberi in regno Ungarie per dominum cardinalem Guillelmum pro censu unius uncie auri, quam debet dare singulis annis ecclesie Romane pro ecclesia Sancti Regis Stephani prope Strigonium, quam non solvit XXII. annis, II. marchas, VI. uncias auri.

Item computat deberi per ipsum dominum cardinalem medios fructus beneficiorum infrascriptorum.

Primo hospitalis Sancti Regis Stephani.

Item prepositure Strigoniensis.

Item prepositure Quinqueecclesiensis.

Item pro annata, quam debuit episcopus Semdiensis (?), cui idem cardinalis successit.

Item pro prepositura Tituliensi.

Item pro archidiaconatu de Corontal,[1] que omnia beneficia possunt ascendere circa II^{M}. florenos.

[1] Torontál.

VII.

1373—1375.

Rationes Petri Stephani collectoris decimæ papalis in regnis Hungariæ et Poloniæ de decimis impositis item de beneficiis ecclesiasticis vacantibus in regno Hungariæ.

(Tabularii Vaticani Codex s.r.c. XIV. Rationes collect. No. 182. fol. 42—100.)

(Fol. 42.)

SEQUITUR RECEPTA DECIME PAPALIS IMPOSITE IN REGNO UNGARIE, FACTA PER DICTUM PETRUM STEPHANI ANNO LXXIII. DE MENSE DECEMBRIS, PROUT INFRA SEQUITUR.

Et primo dominus archiepiscopus Strigoniensis[1] solvit pro mensa sua episcopali ducentas marchas de denariis novis, quamlibet marcham pro decem pensis computando, faciunt, computando florenum pro CL. denariis, V^{C}. XXXIII. florenos et tertiam partem floreni.

Item dominus Johannes Andree prepositus ecclesie Sancti Georgii Strigoniensis, vicarius dicti domini archiepiscopi ac collector dicte decime per dominum Heliam deputatus, tradidit et assignavit michi Petro Stephani in moneta antiqua a diversis personis IIII.^{C} XXXVII. florenos et quartam.

Item idem collector et vicarius plus assignavit michi, quos receperat in moneta minuta a diversis personis, IIII^{C}. IIII^{XX}. florenos.

Item plus assignavit michi in florenis auri M. V^{C}. XIX. florenos.

Item recepit plus de dicta decima papali VII^{C}. VIII. florenos [et] medium.

Summa pagine IIII^{M}. VI^{C}. LXXVIII. floreni auri, IX. denarii [et] medius.

VESPRIMIENSIS.

Item recepi a domino Johanne preposito Omnium Sanctorum de Vesprimio, vicario domini episcopi Vesprimiensis,[2] quos receperat in denariis novis pro dicta decima, CLIIII. florenos, II. tertias.

---

[1] Thomas III. archiepiscopus Strigoniensis a. 1367—1375.

[2] Ladislaus episcopus Vesprimiensis a. 1358—1376.

Item recepi plus ab eodem in denariis antiquis LXXII. florenos.

Item recepi plus ab eodem in florenis auri CLXXI. florenos auri.

Item recepi plus a preposito et custode de Alba Regali pro dicta decima ipsos tangente CXX. florenos.

Summa pagine VC. XVII. floreni auri, II. tiers (sic).

(Fol. 43.)

AGRIENSIS.

Item recepi a domino episcopo Agriensi [1] pro se et clero suo IIII.C LIIII. florenos auri.

QUINQUEECCLESIENSIS.

Item recepi a domino episcopo Quinqueecclesiensi [2] pro dicta decima pro parte ipsum tangente IXC. IX. florenos, XII. denarios.

Item pro clero suo VIC. LVI. florenos, XVI. denarios.

Summa pagine M. VC. LXV. floreni auri, XXVIII. denarii Ungaricales.

(Fol. 44a.)

NITRIENSIS.

Item solvit dominus episcopus Nitriensis [3] pro se et clero suo pro dicta decima IIII.XX florenos [et] medium.

(Fol. 44b.)

JAURIENSIS.

Item solvit dominus episcopus Jauriensis [4] pro dicta decima pro parte sua IIIC. LX. florenos.

Item dominus lector, eius vicarius, tradidit michi in denariis novis IIII. florenos et II. tersias.

Residuum recepit vicarius Strigoniensis.

Summa pagine IIIC. LXIIII. floreni, II. tiers.

(Fol. 45a.)

VACHIENSIS.

Item solvit dominus episcopus Vachiensis [5] pro dicta decima pro parte sua CL. florenos.

---

[1] Michael episcopus Agriensis a. 1363—1377.
[2] Guillelmus episcopus Quinqueecclesiensis a. 1360—1374.
[3] Dominicus episcopus Nitriensis a. 1373—1384.
[4] Colomannus II. episcopus Jauriensis a. 1337—1374.
[5] Johannes episcopus Vaciensis a. 1364—1376.

Item pro clero suo IIII^{XX}. XVII. florenos, II. tersias.

Summa pagine II^{C}. XLVII. floreni, II. tiers.

(Fol. 45 b.)

COLOCENSIS.

Item dominus archiepicopus Colocensis[1] solvit michi pro dicta decima pro parte ipsum tangente IIII.^{C} florenos.

Item pro clero suo CXLV. florenos.

Summa pagine V^{C}. XLV. floreni auri.

(Fol. 46 a.)

ZAGABRIENSIS.

Item dominus episcopus Zagabriensis[2] solvit michi pro dicta decima pro parte ipsum tangente III^{C}. XVIII. florenos.

Item recepi pro clero suo IIII^{C}. XXXIII. florenos.

Summa pagine VII^{C}. LI. floreni.

(Fol. 46 b.)

SYRIMIENSIS.

Item recepi a domino episcopo Syrimiensi[3] pro dicta decima pro parte ipsum tangente LXXII. florenos.

Item pro clero suo XXXIII. florenos [et] tersiam.

Summa pagine CV. floreni et I. tier.

(Fol. 47a.)

BOZNENSIS.

Item recepi a domino episcopo Boznensi[4] pro dicta decima pro parte ipsum tangente II^{C}. XVIII. florenos auri.

Item pro clero suo XLI. florenos et tersiam.

Summa pagine II^{C}. LIX. floreni [et] ters.

(Fol. 47 b.)

CENADIENSIS.

Item recepi a domino episcopo Cenadiensi[5] pro dicta decima pro parte ipsum tangente II^{C}. XIIII. florenos et XL. denarios Ungaricales.

---

[1] Stephanus VI. archiepiscopus Colocensis a. 1367—1382 (?).
[2] Stephanus IV. episcopus Zagrabiensis a. 1356—1375.
[3] Stephanus episcopus Syrmiensis a. 1368—1373.
[4] Petrus II. episcopus Bosnensis a. 1357—1376.
[5] Dominicus episcopus Chanadiensis a. 1360—1373.

Item pro clero suo II^{C}. XVIII. florenos.

Summa pagine IIII^{C}. XXXII. floreni, XL. denarii Ungaricales.

(Fol. 48.)

VARADIENSIS.

Item solvit dominus episcopus Varadiensis[1] pro dicta decima pro parte ipsum tangente III^{C}. III. florenos.

Item pro clero suo in denariis antiquis CXXI. florenos.

Item in florenis auri LXXIX. florenos et XXX. denarios Ungaricales.

Summa pagine V^{C}.III. floreni auri, XXX. denarii Ungaricales.

(Fol. 49.)

TRANSILVANENSIS.

Item recepi a domino episcopo Transilvanensi[2] pro dicta decima pro parte ipsum tangente VIII^{C}. L. florenos

Item pro clero suo M. V^{C}. XLV. florenos.

Summa II^{M}. III^{C}. IIII^{XX}. floreni auri.

Et sic tota summa totius decime a prelatis Ungarie et clero recepte, prout supra plenius continetur, facit XI^{M}.VIII^{C}. IIII^{XX}. XVIII. florenos [et] medium, LVII. denarios de Ungaria.

(Fol. 50.)

ASSIGNATIONES PECUNIARUM.

SEQUUNTUR PECUNIE TRADITE PER PETRUM STEPHANI PREDICTUM TEMPORE SUPRASCRIPTO MERCATORIBUS INFRASCRIPTIS PRO ASSIGNANDO EAS NOMINE CAMERE BRUGAM GENTIBUS CAMERE, HABENTIBUS RECIPIENDI SPECIALEM POTESTATEM.

Et primo anno Domini MCCCLXXIII. die IX. Junii tradidi Bartlioni Frederici civi Cracoviensi et Barbare eius uxori cum sufficienti instrumento obligationis, per magistrum Amboldum anno et die, quibus supra, recepto, de quo instrumento copiam in publicam formam domino thesaurario misi, quos usque ad decem menses tunc proxime sequentes Brugis gentibus camere debebant libere assignare, VII^{C}. XIII. florenos auri.

Item anno LXXIIII. die XIII. mensis Maii tradidi Gotfrido et Georgio Cyne fratribus, civibus Cracoviensibus, cum sufficienti instrumento

[1] Dominicus episcopus Varadiensis a. 1373—1374.

[2] Demetrius episcopus Transsilvanensis a. 1369—1376.

obligationis, per magistrum Amboldum anno et die, quibus [supra], recepto, de quo instrumento copiam in publicam formam domino thesaurario misi, quos usque ad decem menses tunc proxime sequentes Brugis gentibus camere debebant libere assignare, VIII^{C}. florenos auri.

Item anno LXXIIII. suprascripto die XII. mensis Maii tradidi Petro Melczar et Enoch civibus cum sufficienti instrumento obligationis, per magistrum Amboldum anno et die, quibus supra, recepto, de quo instrumento copiam in publicam formam domino thesaurario misi, quos usque ad X. menses tunc proxime sequentes Brugis gentibus camere debebant libere assignare, VI^{C}. XX. florenos auri.

Item anno LXXIIII. die XII. mensis Maii tradidi Petro Treuthe et eius uxori ac Henrico Beyer pellifici, civibus Cracoviensibus, cum sufficienti instrumento obligationis, per magistrum Amboldum anno et die, quibus supra, recepto, de quo instrumento copiam in publicam formam domino thesaurario misi, quos usque ad X. menses tunc proxime sequentes Brugis gentibus camere debebant libere assignare, III^{C}. X. florenos auri.

Item anno LXXIIII. die XV. mensis Junii tradidi domine Keune relicte Nicolai Gerong, Alberto Rokendorf et Conrado Essyn (?), civibus Cracoviensibus, cum sufficienti instrumento obligationis, per magistrum Amboldum anno et die, quibus supra, recepto, de quo instrumento copiam in publicam formam domino thesaurario misi, quos usque ad decem menses tunc proxime sequentes Brugis camere debebant libere assignare, VI^{C}. LII. florenos auri.

Item anno LXXIIII. die XXIX. mensis Junii tradidi Dicwyno Dumelose, Petro Duringi et Johanni Zidenberg, civibus Vratislaviensibus, cum sufficienti instrumento obligationis, per magistrum Amboldum anno et die, quibus supra, recepto, de quo instrumento copiam in publicam formam domino thesaurario misi, quos usque decem menses tunc proxime sequentes Brugis gentibus camere debebant libere assignare, V^{C}. florenos auri.

(Fol. 51.)

ITEM SEQUITUR CAMBIA SEU ASSIGNATIONES PECUNIARUM CAMERE PER DICTUM PETRUM STEPHANI IN AUINONIA FACTE TEMPORE SUPRADICTO.

Et primo quia propter guerram Venetorum non reperiebam in Ungaria, cum quo facerem cambium, tradidi circa principium mensis Decem-

bris anni LXXIII. domino Agapito episcopo Ulixbonensi,[1] tunc in Ungaria et quibusdam aliis partibus apostolice sedis nuncio, quos in Auinione dominis camerario et thesaurario usque ad festum Pasce tunc futurum debebat assignare, II^{M}. florenos auri Ungaricalis.

Item eodem tempore feci cambium cum Francisco Bernardi mercatore Florentino, Bude commoranti, de IIII^{M}. florenis auri de camera, usque ad octavam diem mensis Aprilis tunc futuri dominis camerario et thesaurario in Auinione libere assignandis. Pro quibus IIII^{M}. florenis auri de camera assignavi sibi florenos Ungaricales IIII^{M}. IIII^{XX}. Sicut de hoc constat per instrumentum, cuius copiam domino thesaurario misi.

De predictis IIII^{M}. IIII^{XX}. florenis habeo quictationem a domino thesaurario sub anno Domini MCCCLXXIIII. die XI. Aprilis, pontificatus anno IIII.

Item de mense Martii anni LXXIIII. feci cambium cum supradicto Francisco Bernardi de IIII^{M}. florenis camere, usque ad principium mensis Augusti tunc futuri dominis camerario ac thesaurario in Auinione libere assignandis. Sicut de hoc constat per instrumentum, cuius copiam domino thesaurario misi. Pro quibus IIII^{M}. florenis de camera assignavi eidem florenos Ungaricales IIII^{M}. IIII^{XX}.

De predictis IIII$^{\bar{M}}$. IIII^{XX}. florenis habeo quictationem a domino thesaurario sub anno LXXIIII. XXVI. Augusti, pontificatus anno IIII.

Item de mense Julii eiusdem anni LXXIIII. feci cambium cum Francisco Bernardi de II^{M}. florenis auri de camera, usque ad finem mensis Octobris tunc futuri dominis camerario et thesaurario in Auinione libere assignandis. Sicut constat per instrumentum, cuius copiam domino thesaurario misi. Pro quibus II^{M}. florenis auri de camera assignavi eidem florenos Ungaricales II^{M}. et XL.

De quibus II^{M}. XL. florenis Ungaricalibus habeo quictationem a domino thesaurario sub anno LXXIIII. XIX. die Novembris, pontificatus anno IIII.

Item de mense Januarii anno LXXV. per Bertrandum Nigri assi-

[1] Agapetus Colonna Cardinalis, episcopus Lissabonensis a. 1371—1380.

gnavi domino thesaurario in Auinione pro V^{C}. II. florenis parvis florenos camere VI.^{C} florenos.

De quibus habeo quictationem a domino thesaurario sub anno predicto die X. Januarii, pontificatus anno V.

Item in festo sancti Michaelis dicti anni LXXV. mandavi assignari per certos mercatores Venetiis domino episcopo Paduano,[1] sedis apostolice in illis partibus collectori, pro tradendo domino Bernardo episcopo Bononiensi,[2] pro domino nostro papa in tota Italia thesaurario, iuxta mandatum per ipsum dominum nostrum papam michi factum, III^{M}. ducatorum auri, quos emeram in Ungaria seu cambium feceram pro III^{M}. LX. florenis Ungaricalibus.

(Fol. 52.)

Item die.... mensis (*sic*) Octobris anni predicti assignavi in Auinione domino thesaurario M. florenos Ungaricales.

Summa totalis assignatorum et traditorum tam domino thesaurario, quam Brugam missorum, prout superius plenius est expressum, facit XX^{M}. IIII^{C}. LV. florenos auri.

(Fol. 53.)

EXPENSE.

SEQUUNTUR EXPENSE PER DICTUM PETRUM STEPHANI FACTE AB ANNO LXX. TERTIO, IN QUO INCEPIT EXERCERE OFFICIUM COLECTORIE, AD ANNUM LXXV., QUO REVERSUS FUIT AD CURIAM, PROUT INFRA SEQUITUR.

Et primo circa festum sancti Andree apostoli anni LXXII. recessit idem Petrus Stephani de Auinione, pro eundo versus Ungariam et Poloniam pro factis camere, cum quinque equis et VIII. personis, ubi intravit XII. die mensis Januarii anni LXXIII., et expendit cum damno equorum et cum transitu Danubii et cum pecuniis datis pro salvis conductibus, de quibus non computat, nisi medietatem expensarum, LXXVII. florenos auri Ungaricalis.

Item de mense Februarii misi unum famulum ad Cracoviam, pro faciendo michi provisiones in victualibus et ordinando domum cum lectis et aliis necessariis, expendit eundo, stando et redeundo IX. florenos auri [et] medium.

Item XIX. die Martii dicti anni arripui iter meum ad Poloniam cum VIII. equictaturis et cum IV. equis in curru, et steti in huiusmodi via

[1] Raimundus episcopus Pataviensis c. a. 1374—1375.
[2] Bernardus de Bonavalle episcopus Bononiensis a. 1371—1378.

eundo, morando in Polonia, negotia camere prosequendo, et ad Ungariam revertendo, usque ad quintam diem mensis Augusti eiusdem anni, in quo tempore expendi in universo in diversis monetis, reductis ad florenos auri, propter magnam caristiam, que in omnibus erat in eisdem partibus, II^{C}. XLVIII. florenos auri [et] medium.

Item medio tempore, cum eram in Polonia, videlicet de mense Junii, misi unum nuncium ad Curiam Romanam pro reformatione quarundam litterarum, super potestate michi concessa in Polonia, et etiam quia in littera potestatis michi data ad recipiendum bona condam domini Arnaldi non continebatur potestas quietandi, qui nuncius, reversus de mense Octobri eiusdem anni, expendit eundo, stando et redeundo XL. florenos auri.

Item de mense Octobris dicti anni, postquam recepi litteras domini nostri pape et dominorum camerarii et thesaurarii, quod decimam papalem in Ungaria exigerem et reciperem, propter inibitionem, per dominum regem prelatis dicti regni factam, ne dictam decimam solverent, ivi ad Vicegrad ad ipsum dominum regem et ad dominum episcopum Wachiensem,[1] ut huiusmodi impedimenta admoverentur, steti ibi septem diebus, expendi XII. florenos auri.

Item quando dominus Agapitus episcopus Ulixbonensis ad Ungariam intravit, videlicet in principio mensis Novembris dicti anni, ivi ad eum ad Vicegrad, si aliquas litteras apostolicas michi portaret, et ut ordinarem cum eo de mittendo aliquam pecuniam ad Curiam, fui ibidem tribus diebus, et expendi IIII. florenos auri cum medio.

Item XIIII. die Novembris dicti anni, postquam dictus dominus rex concesserat dicto domino Agapito expeditionem solutionis dictarum decimarum, et super hoc daret litteras suas, ivi iterato ad Vicegrad, pro habendo litteras expeditionis, ubi fui quinque diebus, expendi VIII. florenos cum dimidio.

Item die VII. Decembris anni LXXIII., quia tunc noviter fuerat commissum michi per dominum Heliam, de recipiendo decimam regni Ungarie, tam pro dicta decima, quam pro mediis fructibus beneficiorum per sedem apostolicam collatorum recipiendis, arripui iter meum pro circuendo ecclesias catedrales et collegiatas regni Ungarie. Unde redii ad Calidas Aquas ad domum domini Cardinalis die XII. Martii anni LXXIIII. Expendi tam propter magnam caristiam, quam propter inundationem aquarum et transitus ipsarum, in IIII^{XX}. XIII. diebus CLXVII. florenos et quartam.

Item pro uno equo, qui fuit mortuus in via, XV. florenos auri.

[1] Johannes episcopus Vaciensis a. 1364—1376.

(Fol. 54.)

SEQUUNTUR EXPENSE ANNI LXXIIII.

Primo de mense Februarii venit Bude quidam cursor, vocatus Petrus de Tarento, per dominos camerarium et thesaurarium missus ad dominum episcopum Senensem, [1] tunc in Ungaria apostolice sedis nuncium, cum quibusdam litteris apostolicis, eidem domino episcopo directis, et quia fuerat in via spoliatus, nec haberet, de quo reverti, sicut iuravit, prestiti sibi de pecunia camere, quos promisit facere computari cum domino thesaurario, cui super hoc scripsi per eundem, IIII. florenos Ungaricales.

Item XXII. Martii dicti anni LXXIIII. arripui iter meum ad Poloniam, pro factis dicte camere, et visitavi omnes ecclesias catedrales, quia alias non poteram propter impedimentum aliorum collectorum, et steti eundo et redeundo usque ad festum sancti Jacobi apostoli, in quo termino sunt CXXIIII. dies, expendi, circumeundo totam Poloniam cum salvis conductibus, II^{C}. XXX. florenos.

Item medio tempore, quo eram in Polonia, tam pro informando cameram de statu negotiorum istarum partium, quam pro reformando aliquas litteras, ubi non erat potestas quictandi, et pro portando domino thesaurario VI. instrumenta super cambio, facto tam in Ungaria quam in Polonia, misi Johannem de Lussaneto archidiaconum ad Curiam, ubi stetit usque ad mensem Decembris, expendit eundo, stando et redeundo XXXV. florenos auri.

Et ultra tradidi sibi unum equum, quem dicit esse mortuum in via, XII. florenos.

Item a dicto festo sancti Jacobi, quia dominus meus Cardinalis erat mortuus, et fueram expulsus de domibus suorum beneficiorum et bonis meis spoliatus, et non habebam, ubi inclinare caput, nisi in hospitiis communibus, procuravi facta camere hinc inde usque ad festum Omnium Sanctorum et expendi medio tempore CLX. florenos auri.

Item a die tertia Novembris anni LXXIIII. usque ad festum Pasce Domini anni LXXV. circuivi omnes ecclesias cathedrales et collegiatas regni Ungarie, tam pro remanentiis decime, quam pro annalibus beneficiorum et pro censibus recuperandis, et expendi eundo, stando et redeundo, III^{C}. XXVII. florenos auri.

Item misi ad Poloniam et ad Pragam duas commissiones, directas domino collectori Pragensi super computis reddendis per dominos episco-

[1] Guillelmus de Gascogne episcopus Sienensis a. 1371—1377.

pum Cracoviensem,[1] Nicolaum Cornik et Nicolaum Strosberg, solvi uno nuncio IIII. florenos auri.

Item quia michi relatum fuerat, quod subcollector in Zagrabia erat infirmus ad mortem, ne bona sua more Ungarico allienarentur, misi unum hominem meum pro conservatione bonorum et rerum, que pro camera habebat et habere debebat, expendit IX. florenos auri.

Item die ultima Aprilis arripui iter meum ad Poloniam pro eisdem negotiis camere, ubi fui tres menses vel circa, eundo, stando et redeundo, et quia propter alium collectorem ibi constitutum non poteram multum proficere, obmisi visitare ecclesias cathedrales. Expendi usque ad diem sancti Jacobi apostoli, qua intravi Ungariam, C. IIII^{XX}. X. florenos auri.

Item in ipsa via fuit mihi mortuus unus equus, qui constiterat XI. florenos.

Item medio tempore supradicto feci aliquas reparationes in domo Cracoviensi de cohopertura et in stabulis, et in quibusdam aliis reparationibus expendi IIII. florenos auri.

(Fol. 55.)

Item a dicto festo sancti Jacobi usque ad festum nativitatis Beate Marie in expectando societatem, in qua possem venire ad Curiam Romanam, expendi LXXIII. florenos auri.

Item arripui iter meum, veniendo ad Curiam, in crastinum dicti festi nativitatis Beate Marie, in qua via steti usque ad XV. Octobris, qua intravi Auinionem, expendi CXLIIII. florenos auri.

ITEM MEMORIALE DE EXPENSIS PER DICTUM PETRUM STEPHANI IN CURIA FACTIS IN PRESENTI ADVENTU SUO.[2]

Summa M. VIIC. IIII^{XX}. V. floreni et quarta.

[1] Florianus Mokrski episcopus Cracoviensis a. 1367—1380.
[2] Reliqua desunt.

(Fol. 56.)

SEQUUNTUR BENEFICIA VACANTIA DE TEMPORE DOMINI URBANI PAPE QUINTI.[1] ET ETIAM BENEFICIA DE PRIMO ET SECUNDO ANNIS DOMINI GREGORII PAPE XI.,[2] TRADITA PETRO STEPHANI IN REGNIS UNGARIE ET POLONIE COLLECTORI PER DOMINOS CAMERARIUM ET THESAURARIUM DOMINI NOSTRI PAPE, ANNO DOMINI MCCCLXXII. CIRCA FINEM DICTI ANNI, PROUT SEQUITUR.

DIOCESIS STRIGONIENSIS.

Provisum fuit tempore domini Clementis pape[3] Guillelmo Sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali de canonicatu, prebenda ac prepositura Strigoniensi.

Debet pro mediis fructibus unius anni II^{C}. florenos.[4]

Item similiter eidem fuit provisum de magistratu Cruciferorum Sancti Stephani regis prope Strigonium.

Debet pro mediis fructibus unius anni IIII^{C}. florenos.[4]

Item dictus magistratus tenetur solvere singulis annis Ecclesie Romane pro censu unam unciam auri ad pondus Ungaricum, que facit VIII. florenos auri Ungarici.

Debet de XXIIII. annis, que faciunt C. IIII^{XX}. XII. florenos Ungaricos.

Anno secundo domini Urbani.[5]

De parochiali ecclesia de Corpona, Strigoniensis dyocesis, vacante, cum Paulus Globlini aliud beneficium ecclesiasticum vigore gratie apostolice fuerit pacifice assecutus, fuit provisum Frederico Hermanni Bucaler de Velden, Bambergensis dyocesis, XVIII. kalendas Octobris.

Non obtinuit, quia ad regem dicitur pertinere iure patronatus.

Anno IIII. domini Urbani,[6] quia de tertio nichil.

De plebanatu ecclesie de Brascho, Strigoniensis dyocesis, vacante per consecrationem Nicolai de Brascho electi Tininiensis,[7] fuit provisum Nicolao

[1] 28. Octobris a. 1362.—19. Decembris a. 1370.
[2] 30. Decembris a. 1370.—29. Decembris a. 1372.
[3] 7. Maii a. 1342.—6. Decembris a. 1352.
[4] Hæc et alia infra manu recentiori scripta.
[5] 28. Octobris a. 1363.—27. Octobris a. 1364.
[6] 28. Octobris a. 1365.—27. Octobris a. 1366.
[7] Nicolaus IV. episcopus Tininiensis a. 1367—1373.

de Corona, et dictam plebaniam ecclesie in Wibenbach dicte dyocesis IIII. idus Martii, de qua fuit provisum Nicolao Pek de Brascho clerico dicte dyocesis IIII. idus Martii.

Proceditur contra eos, et sunt excommunicati, sed dicunt se habere per regem.

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per resignationem Petri Begonis, fuit provisum Nicolao Nicolai de Spinis presbitero Transilvanensis dyocesis.

Mortuus est in Curia, ante quam fecissent litteras.

Anno quinto domini Urbani.[1]

De quodam beneficio simplici, quarte de Liptauia wlgariter nuncupate, spectante ad collationem archiepiscopi Strigoniensis, vacante a tanto tempore per obitum Andree de Appadi, quod eius collatio est legittime ad sedem apostolicam devoluta, fuit provisum Johanni Andree, et dimittet prebendam Vesprimiensem et Varadiensem, kalendas Martii.

Vigore huiusmodi gratie non obtinuit, sed auctoritate ordinarii, neque dimisit beneficia, que obtulerat.

Anno sexto domini Urbani.[2]

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per obitum Nicolai de Leucha et reservatis apud sedem apostolicam, extra Romanam Curiam defuncti, fuit provisum Thome Darabas presbitero, qui dimittet canonicatum et lectoratum ecclesie Tituliensis, Colocensis dyocesis, idus Aprilis.

Capitulum Strigoniense solvit XXII. florenos domino Johanni de Cabiespino tunc in illis partibus nuncio, et docuit per litteras.

(Fol. 57.)

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per obitum Nicolai de Spinis, in Romana Curia defuncti, fuit provisum Michaeli Clementis presbitero Strigoniensis dyocesis, et dimittet parochialem ecclesiam in Zalia, Strigoniensis dyocesis, idus Aprilis.

Non obtinuit, nec se presentavit cum litteris apostolicis.

[1] 28. Octobris a. 1366.—27. Octobris a. 1367.
[2] 28. Octobris a. 1367.—27. Octobris a. 1368.

De canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per obitum Nicolai Nugigeruli *(sic)*, fuit provisum Nicolao Johannis clerico Transilvanensis dyocesis, et dimittet prebendam ecclesie Sancti Thome de promontorio, Strigoniensis dyocesis, III. kalendas Junii.

Solvit Petro Stephani XX. florenos auri.

Sequuntur beneficia collata anno primo domini Gregorii[1] in civitate et diocesi Strigoniensi.

Mandatur provideri Thome Nicolai de Bolugd canonico Strigoniensis et Vesprimiensis ecclesiarum de dignitate, personatu vel officio ecclesie Strigoniensis, vacantibus vel vacaturis, IIII. nonas Julii.

Non obtinuit, nec litteras super hoc fieri fecit.

Johanni Petri de Sancto Martino Strigoniensi canonico ecclesie Strigoniensis de dignitate, personatu vel officio eiusdem ecclesie, et dimittet archidiaconatum Kamariensem, quem obtinet in dicta ecclesia Strigoniensi, V. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Collatio et provisio facte auctoritate ordinarii Nicolao Ladislai presbitero, canonico predicte ecclesie Strigoniensis, de archidiaconatu ecclesie Nitriensis, in ipsa ecclesia vacante per obitum Conradi olim ipsius ecclesie archidiaconi, fuerunt confirmate seu provise de novo X. kalendas Augusti.

Composuit pro mediis fructibus ad CXX. florenos. Et solvit Petro Stephani LII. florenos.

Item Johanni Symonis presbitero de dignitate, personatu et canonicatu in ecclesia Strigoniensi VI. kalendas Septembris.

Adhuc litteras non presentavit.

Data est potestas Thome archiepiscopo Strigoniensi,[2] ut auctoritate apostolica possit personis ydoneis conferre tres canonicatus et prebendas, ac duos personatus, dignitates aut officia, et quinque alia beneficia curata vel non curata, ad ipsius collationem spectantia, XV. kalendas Novembris.

Nichil contulit.

[1] 30. Decembris a. 1370.—29. Decembris a. 1371.
[2] Thomas III. archiepiscopus Strigoniensis a. 1367—1375.

Item Joseph Petri presbitero Vesprimiensis dyocesis de prepositura Demessiensi, Strigoniensis dyocesis, dum vacabit per assecutionem prepositi Transsylvanensis, factam pro Ladislao dicto Kato, fuit provisum IIII. kalendas Aprilis.

Litigavit diu, et nondum obtinuit proptem impedimentum regis.

De prepositura ecclesie Orodiensis, Strigoniensis dyocesis, vacante per obitum quondam Petri Rikolfi, extra Curiam defuncti, fuit provisum Nicolao Garazda, et dimittet prepositurum ecclesie Cenadiensis, idus Octobris.

Mortuus est, et successor solvit Petro Stephani L. florenos.

Item Jacobo de Bredenscher de beneficio ecclesiastico &c. etiamsi dignitas &c. in ecclesiis curialibus vel dyocesi Strigoniensi vel Vesprimiensi, XII. kalendas Decembris.

Nihil obtinuit.

Anno secundo domini Gregorii.[1]

Collatio et provisio facte Gregorio Johannis presbitero de archidiaconatu Zoliensi in ecclesia Strigoniensi, vacante per obitum Johannis Beke, fuerunt confirmate III. kalendas Septembris.

Solvit Petro Stephani pro mediis fructibus XXXV. florenos.

Provisum fuit domino Martino olim plebano de Magno Orreo de prepositura Sibiniensi, Strigoniensis dyocesis, vacante per promotionem domini Pauli episcopi Turiensis (?), et dimittet dictam parrochialem ecclesiam de Magno Orreo.

Dicitur, quod dominus noster papa remisit medios fructus ad instantiam domini regis Ungarie, sed non obstante hoc, procedetur contra eum.

Collatio et provisio auctoritate ordinarii facte de archidiaconatu Gumeriensi Thome Pauli canonico ecclesie Strigoniensis, fuerunt confirmate.

Solvit Petro Stephani pro mediis fructibus XXXVIII. florenos.

[1] 30. Decembris a. 1371.—29. Decembris a. 1372.

Provisio facta Petro Stephani de canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per obitum Thome Darabos, quos canonicatum et prebendam obtinuit Jacobus de Quinqueecclesiis VI. idus Novembris.

Solvit XX. florenos auri.

Thome Jacobi presbitero de dignitate, personatu vel officio cum cura vel sine cura in ecclesia, civitate vel dyocesi Strigoniensi, III. kalendas Septembris.

Nichil adhuc obtinuit.

Matheo Symonis de canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per assecutionem lectoratus ecclesie Varadiensis, factam per Gallum Valentini, III. idus Septembris.

Non venit, nec litteras presentavit.

Thome Urbani de aliquo beneficio ecclesiastico ad collationem archiepiscopi Strigoniensis, V. idus Novembris.

Nichil adhuc obtinuit.

Jacobo Petri de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Strigoniensis, et dimittet canonicatum et prebendam ecclesie Sancti Georgii Strigoniensis, V. idus Novembris.

Nichil adhuc obtinuit.

Demetrio Thome canonico Strigoniensi de dignitate, personatu vel officio in ecclesia Strigoniensi, V. idus Novembris.

Nichil adhuc obtinuit.

Henrico de Schopplemberg clerico Coloniensis dyocesis de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collationem archiepiscopi Strigoniensis, XIII. kalendas Januarii.

Nichil adhuc obtinuit.

Conrado quondam Laurentii de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Strigoniensis.

Nichil adhuc obtinuit.

(Fol. 59.)

Anno tertio domini Gregorii.[1]

Collatio et provisio auctoritate ordinarii facte Thome Pauli canonico ecclesie Strigoniensis de archidiaconatu Gumeriensi in eadem ecclesia, vacante per obitum Johannis ultimi archidiaconi, fuerunt confirmate VIII. kalendas Aprilis.

Eadem est, ut supra in precedenti folio.[2] Et solvit Petro Stephani.

Thome Nicolai de Bolug de dignitate, personatu vel officio in ecclesia Strigoniensi, et dimittet canonicatum et prebendam ecclesie Vesprimiensis, IIII. nonas Maii.

Nichil obtinuit.

Theodorico Christiani de Panin presbitero Jauriensi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collationem archiepiscopi Strigoniensis, IIII. idus Maii.

Nondum obtinuit.

Motu proprio fuit provisum Petro Stephani de canonicatu, prebenda ac magistratu altaris Beate Marie Virginis in ecclesia Strigoniensi, vacantibus per mortem Petri Stephani apostolice sedis capellani, idus Junii.

Solvit pro mediis fructibus LXXV. florenos auri.

Clementi Thome de Agria clerico de canonia et prebenda ecclesie Aquensis, diocesis Strigoniensis, vacantibus ex eo, quod Thomas Thurssi Transsilvanensis diocesis canonicatum et prebendam ecclesie Strigoniensis est pacifice assecutus, IIII. idus Septembris.

Non constat adhuc de huiusmodi gratia.

Johanni de Kuchperg presbitero Strigoniensis diocesis de parochiali ecclesia in Magno Orreo, plebania nuncupata, dicte diocesis, vacante per assecutionem prepositi Scibiniensis, dicte diocesis, facta vel facienda per Martinum de Scibinio, et dimittet parochialem ecclesiam de Wessodia dicte diocesis, VI. kalendas Octobris.

Tenetur, et procedetur contra eum.

[1] 30. Decembris a. 1372.—29. Decembris a. 1373.
[2] V. supra pag. 467.

Benedicto Kusid presbitero Vesprimiensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per munus consecrationis impense Ladislao Nitriensi,[1] pridie kalendas Octobris.

Nondum obtinuit.

Stephano Nicolai presbitero Transsilvanensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus ex eo, quod Thomas Albensis canonicatum et prebendam in ecclesia Agriensi est pacifice assecutus, IIII. idus Octobris.

Nondum se presentavit capitulo.

Anno IIII. domini Gregorii.[2]

Philippo Pauli de Vasad clerico diocesis Strigoniensis de canonicatu, sub expectatione ecclesie Strigoniensis, XIX. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Gallo Valentini preposito ecclesie Sancti Laurentii de Hay, diocesis Colocensis, de lectoratu ac canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per munus consecrationis impense vel impendende Valentino episcopo Quinqueecclesiensi.[3]

Non curat prosequi gratiam, propter illa, que debet dimittere.

(Fol. 60.)

Petro Kissida de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Martini Strigoniensis diocesis, VIII. idus Julii.

Nondum obtinuit.

Johanni Johannis de prepositura ecclesie Strigoniensis, vacante per obitum cardinalis Guillelmi, idus Julii.

Tenetur.

Paulo Martini de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, vacantibus vel dum vacabunt per assecutionem dignitatis, personatus vel officii ecclesie Strigoniensis, factam aut faciendam per Thomam Nicolai, XV. kalendas Septembris.

Nichil obtinuit, quia ille Thomas non fecit fieri litteras ex gratia sua.

---

[1] Ladislaus episcopus Nitriensis a. 1368—1372.

[2] 30. Decembris a. 1373.—29. Decembris a. 1374.

[3] Valentinus episcopus Quinqueecclesiensis a. 1374—1408, a. 1379. cardinalis.

Collatio et provisio facte Benedicto Petri de Opon presbitero de parochiali ecclesia Beate Marie de Sarlow Strigoniensi, vacante per obitum Pauli ultimi rectoris, VI. idus Octobris.

Tenetur.

ECCLESIA COLLEGIATA SANCTI MARTINI DE POSONIO, STRIGONIENSIS DIOCESIS.

Anno primo domini Urbani pape quinti.[1]

Collatio facta per ordinarium auctoritate apostolica Petro de Romago de canonicatu et prebenda ecclesie Sancti Martini Posoniensis, Strigoniensis diocesis, vacantibus in Curia per obitum quondam Nicolai Arnoldi, fuit auctoritate apostolica confirmata vel provisum de novo.

Capitulum respondit, quod ille Nicolaus Arnoldi nunquam fuit canonicus prebendatus dicte ecclesie, et ideo dictus Petrus non obtinuit.

Mandatum fuit expediri litteras apostolicas super gratia, facta Alexio Mathei presbitero de Ungaria de canonicatu et prebenda Sancti Martini Posoniensis, Strigoniensis diocesis, in qua expressant, vacante per obitum Johannis de Ungant, defuncti in Romana Curia, et re vera decesserat prope dictam Curiam per duas dietas cum correctione et supplicatione huiusmodi.

Solvit domino Arnoldo de Caussina tunc collectori XIII. florenos auri.

Acceptatio facta vigore litterarum apostolicarum in communi forma per procuratorem Nicolai Pauli de Fogag clerici Agriensis diocesis post provisionem in Romana Curia dicti Nicolai per dominum nostrum papam factam de canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, tunc certo modo vacante. Et provisio subsecuta de canonicatu et prebenda ecclesie Sancti Martini Posoniensis, Strigoniensis diocesis, quos possidet pacifice. Fuerunt confirmate vel provisum de novo VII. idus Februarii.

Promisit solvere dominus Theodoricus, qui nunc dictum canonicatum obtinuit.

---

[1] 28. Octobris a. 1362.—27. Octobris a. 1363.

Anno secundo domini Gregorii,[1] quia de primo nichil.

Tiloni rectori parochialis ecclesie in Pruklenis Salzeburgensis diocesis de canonicatu, sub expectatione Sanctorum Salvatoris et Martini in Posonio, Strigoniensis diocesis, XVIII. kalendas Junii.

Nondum obtinuit.

Johanni Engelberti de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Martini in Posonio, diocesis Strigoniensis.

Nondum.

Petro Nicolai de Nouo Solio presbitero Strigoniensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Martini de Posonio dicte diocesis, VI. kalendas Februarii.

Nondum.

Werthardo de Volfkorstorf presbitero Pataviensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, V. kalendas Aprilis.

Nondum.

Ulrico Velcet presbitero Pataviensis diocesis mandatur provideri de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Martini de Posonio, diocesis Strigoniensis, V. kalendas Aprilis.

Nondum.

Anno IIII. domini Gregorii,[2] quia de tertio nichil.

Motu proprio fuit provisum Petro tituli Sancti Laurentii in Damaso presbitero cardinali de prepositura ecclesie collegiate Posoniensis, Strigoniensis diocesis, vacante per expirationem commende de ipsa facte Guillelmo de Pustella archiepiscopo Mediolanensi,[3] III. nonas Augusti.

Nondum obtinuit.

---

[1] 30. Decembris a. 1371.—29. Decembris a. 1372.
[2] 30. Decembris a. 1373.—29. Decembris a. 1374.
[3] Guillelmus archiepiscopus Mediolanensis a. 1361—1370.

(Fol. 62.)

ECCLESIA SANCTI MARTINI DE SCEPSIIS DIOCESIS STRIGONIENSIS.

Anno primo domini Gregorii.[1]

Nicolao Johannis de Sinna presbitero Agriensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Martini de Scepsiis, diocesis Strigoniensis, XVI. kalendas Septembris.

Mortuus fuit, antequam assequeretur.

De canonicatu et prebenda ecclesie Sancti Martini de Scepsiis Strigoniensis, vacantibus per obitum Arnoldi de Caussina, fuit provisum Nicolao Nicolai de Paczonow clerico Cracoviensis diocesis pridie idus Junii.

Non obtinuit, quia littere sue erant defectuose, sed alter auctoritate unius nuncii apostolici obtinuit. Tenetur.

Anno secundo domini Gregorii.[2]

Sebastiano Mitule clerico Boznensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Martini de Scepsiis, diocesis Strigoniensis, VI. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Johanni Hermanni de Chnoflauch de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Martini in Scepsiis, Strigoniensis diocesis, kalendas Aprilis.

Nondum obtinuit.

(Fol. 63.)

DIOCESIS JAURIENSIS.

Anno VI. domini Innocentii.[3]

Fuit provisum Johanni de Pot de canonicatu et prebenda ecclesie Jauriensis, tunc in Romana Curia vacantibus per consecrationem domini Nicolai episcopi Quinqueecclesiensis.[4]

Successor promisit solvere.

[1] 30. Decembris a. 1370.—29. Decembris a. 1371.
[2] 30. Decembris a. 1371.—29. Decembris a. 1372.
[3] 18. Decembris a. 1357.—17. Decembris a. 1358.
[4] Nicolaus Henrici episcopus Quinqueecclesiensis a. 1346—1360.

Anno VI. domini Urbani,[1] quia de aliis nichil est.

Collatio et provisio facte auctoritate ordinarii Johanni Johannis presbitero Transsilvanensis diocesis de prepositura Jauriensi, que dignitas curata existit, etiamsi fuerit reservata. Fuit confirmata vel provisum de novo III. kalendas Junii.

Juravit, nunquam fecisse confirmari, quia per permutationem habuit. Et de hoc sum informatus.

De qua prepositura Jauriensi fuit provisum Henrico de Foyesdorf pridie idus Julii.

Mortuus est, et successor promisit solvere.

Vacavit archidiaconatus Kamariensis in ecclesia Jauriensi, virtute gratie auctoritate apostolica facte Johanni de prepositura Omnium Sanctorum in castro Vesprimiensi.

Quia dictus archidiaconatus nullos certos proventus habet, nisi unicam vineam, et ideo nullus curavit impetrare in Curia. Solvit obtinens Petrus Stephani VII. florenos auri cum medio.

Anno primo domini Gregorii.[2]

Mandatur provideri Benedicto Andree clerico Zagrabiensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, XVI. kalendas Decembris.

Nondum obtinuit.

Anno secundo domini Gregorii.[3]

Nicolao Pauli presbitero Strigoniensi de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, III. kalendas Septembris.

Nondum obtinuit.

Petro Johannis de Araacht de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis cum dignitate, personatu vel officio, XII. kalendas Octobris.

Nondum.

---

[1] 28. Octobris a. 1367.—27. Octobris a. 1368.
[2] 30. Decembris a. 1370.—29. Decembris a. 1371.
[3] 30. Decembris a. 1371.—29. Decembris a. 1372.

Paulo Jacobi presbitero Vesprimiensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, V. idus Novembris.

Nondum.

Gregorio Dominici de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, pridie idus Novembris.

Nondum.

Anthonio Nicolai de Chazma presbitero Zagrabiensi de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, XIII. kalendas Januarii.

Nondum.

Anno tertio domini Gregorii.[1]

Dyonisio nato Nicolai Nicolai magistri ianitorum de dignitate in ecclesia, civitate et diocesi Jauriensi, vacante vel vacatura, kalendas Maii.

Nondum obtinuit.

Nicolao Demetrii de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, IIII. idus Maii.

Nondum.

Johanni Blasii de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, VI. idus Julii.

Nondum.

Anno IIII. domini Gregorii.[2]

Collatio et provisio facte auctoritate ordinarii Lorando Stephani de prepositura ecclesie Jauriensis, vacante per obitum Henrici Poloni, XIII. kalendas Aprilis.

Tenetur et promisit solvere.

De canonicatu, prebenda ac archidiaconatu Papensi in ecclesia Jauriensi, vacantibus per obitum domini cardinalis Guillelmi, pridie idus Julii.

Tenetur.

[1] 30. Decembris a. 1372.—29. Decembris a. 1373

[2] 30. Decembris a. 1373.—29. Decembris a. 1374.

(Fol. 65.)

DIOCESIS AGRIENSIS.

Anno primo domini Urbani.[1]

De prepositura ecclesie Agriensis, cum vacabit per consecrationem Johannis de Surdis electi Vachiensis,[1] fuit provisum Demetrio Petri capellano regis Ungarie VI. kalendas Martii.

Non tenuit per duos menses, quia statim fuit promotus ad ecclesiam Syrimiensem; solvit dominus Johannes infrascriptus domino Arnaldo.

De canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, vacantibus ad presens per obitum Johannis Dominici dicti Lombus de Varadino, in Romana Curia defuncti, fuit provisum Johanni Jacobi de Basararch presbitero diocesis Agriensis, II. nonas Septembris.

Solvit domino Arnaldo XXX. florenos, et docuit per litteras eiusdem.

Item Michaeli Martini de Castroferreo, Jauriensis diocesis, clerico thesaurarii regis Ungarie, de canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, vacantibus per obitum quondam Johannis de Lombus, in Romana Curia defuncti, V. idus Junii.

Non obtinuit tunc.

Item collatio et provisio auctoritate apostolica facte Nicolao Johannis de archidiaconatu de Ung in ecclesia Agriensi, quem possidet et possedit ultra annum, ad diaconum non promotus, fuerunt auctoritate apostolica confirmate vel provisum de novo II. kalendas Septembris.

Solvit domino Arnaldo et docuit per litteras.

Anno secundo domini Urbani.[3]

De prepositura ecclesie Agriensis, vacatura per consecrationem domini Demetrii electi Sirimiensis,[4] fuit provisum Johanni nato nobilis viri Michalis de Bach.

Solvit domino Arnaldo, et docuit per litteras eiusdem.

---

[1] 28. Octobris a. 1362.—27. Octobris a. 1363.
[2] Johannes episcopus Vaciensis a. 1363—1376.
[3] 28. Octobris a. 1363.—27. Octobris a. 1364.
[4] Demetrius episcopus Syrmiensis a. 1365—1368.

Et dimittit prepositurum Sancti Laurentii de Hay, diocesis Colocensis, de qua fuit provisum Nicolao filio Ladislai de Zarand XII. kalendas Augusti.

Qui dimittit canonicatum et prebendam ac archidiaconatum Zeguesdiensem in ecclesia Bachiensi, Colocensis diocesis, de quibus fuit provisum Michaeli Ray.

Solvit domino A. et docuerunt.

Anno tertio domini Urbani.[1]

Collatio et provisio facte autoritate ordinarii Michaeli Martini de Castro Ferreo de canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, quos Demetrius episcopus Sirimiensis, antequam ad dictum episcopatum Sirimiensem promoveretur, in manibus ordinarii libere resignavit, fuerunt auctoritate apostolica confirmate et provisum sibi de novo XII. kalendas Julii.

Solvit domino Arnaldo et docuit per litteras eiusdem.

Anno IIII. domini Urbani.[2]

De canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, vacantibus per obitum Dominici Ruphi, extra Curiam defuncti, eo, quod tempore collationis de ipsis facte per ordinationem Johannis Michaelis, prefatus ordinarius erat excommunicatus, fuit provisum Nicolao quondam nobilis viri Pauli de Franch, clerico Agriensis diocesis, IIII. idus Februarii.

Solvit domino Arnaldo et docuit.

(Fol. 66.)

Anno VI. domini Urbani,[3] quia de V. nichil.

Nicolao Pauli de Fogach clerico Agriensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, vacantibus per resignationem Stephani custodis ecclesie Strigoniensis vel alias quovismodo, IX. kalendas Decembris.

